

DIE HEBDOMADIS	LVNAE	MARTIS LUDUS DOMESTICUS IUNIORIBUS TRADITUR	MERCVRII	IOVIS	VENERIS LUDUS DOMESTICUS SENIORIBUS TRADITUR	SATVRNI
HORA II POST MERIDIEM  IUNIORES = .....	A <sup>1</sup> : OPTIMI ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B <sup>1</sup> : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIÆ ÆTATIS	C <sup>1</sup> : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENTIARUM	A <sup>2</sup> : OPTIMI ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B <sup>2</sup> : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIÆ ÆTATIS	C <sup>2</sup> : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENTIARUM
HORA IV POST MERIDIEM  IUNIORES AC = SENIORES .....	D <sup>1</sup> : LUDUS IUNIORUM CORRIGITUR + ARS SCRIBENDI + LATINITAS DIERUM RENTIARUM	E <sup>1</sup> : DOCENDI RATIONES + 'ACTA DIURNA' + COLLOCUTIONES COTIDIANÆ	F <sup>1</sup> : OPTIMI ANTIQUITATIS POETÆ [VERGILIUS ET ALII VATES]	D <sup>2</sup> : LUDUS SENIORUM CORRIGITUR + ARS SCRIBENDI + LATINITAS DIERUM RENTIARUM	E <sup>2</sup> : DOCENDI RATIONES + 'ACTA DIURNA' + COLLOCUTIONES COTIDIANÆ	F <sup>2</sup> : OPTIMI ANTIQUITATIS POETÆ [VERGILIUS ET ALII VATES]
HORA VI POST MERIDIEM  SENIORES = .....	A <sup>1</sup> : OPTIMI ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B <sup>1</sup> : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIÆ ÆTATIS	C <sup>1</sup> : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENTIARUM	A <sup>2</sup> : OPTIMI ANTIQUITATIS AUCTORES [CICERO ET ALII MAGISTRI]	B <sup>2</sup> : PATRES LATINI + SCRIPTORES MEDIÆ ÆTATIS	C <sup>2</sup> : ECCLESIASTICA LATINITAS - CARMINA + EXEMPLA TEMPORIS ARTIUM RENTIARUM

NON NYLLA ITINERA "LITTERATA" [= LATINIS CUM LECTIOIBUS.]  
QVAE FIERI ÆSTIVÆ SCHOLÆ TEMPORE POSSVNT  
ROGATV CONSENSV EFFLAGITATV PARTICIPVM OMNIVM:

A] TOTVM PER DIEM :

POMPEIOS + HERCVLANEVM. Ad SABINAM HORATII VILLAM.  
ARPINVM = INGVNADVLA CICERONIS. TUSCVLVM. VEIOS.  
OETIA ANTIQVA. SVLMOHEM = OVIDII PATRIAM.  
FORMIAS = CICERONIS VILLAM + TIVVLVM. FVNDOS AC SPELVNCAM.  
AD LAGVM TRABVMENVM. HADRIANI VILLAM TIVBVTINAM.  
ROGGAM SICCAM ET FOSSEM NOVAM = THOMÆ AQVINATIS LOGA.

B] DIMIDIUM PER DIEM :

AD FORVM ROMANVM. COLOSSEVM. COLLEM PALATINVM.  
CAPITOLIUM. FLVIVM TIBEREM. AD OBELISCVS ROMANOS.  
PONTIFICIOS HORTOS ARCVS GAVDVLFI. VIAM APPIAM.

AXIOMATA.

I. Si in eodem subjecto duz contrariæ actiones excitentur, debet necessario vel in utraque, vel in una sola mutatio fieri, donec desinant contrariæ esse.  
II. Effectus potentia definitur potentiâ ipsius causæ, quatenus ejus essentia per ipsius causæ essentiam explicatur vel definitur.

PROPOSITIO I.

*Prout cogitationes, rerumque ideæ, ordinantur et concatenantur in Mente, ita Corporis affectiones, seu rerum imagines, ad amussim ordinantur et concatenantur in Corpore.*

DEMONSTRATIO.

Ordo et connexio idearum idem est (per Prop. 7. p. 2.), ac ordo et connexio rerum, et vice versa ordo et connexio rerum idem est (per Coroll. Prop. 6. et 7. p. 2.), ac ordo et connexio idearum. Quare, sicuti ordo et connexio idearum in Mente fit secundum ordinem et concatenationem affectionum Corporis (per Prop. 18. p. 2.), sic vice versa (per Prop. 2. p. 3.) ordo et connexio affectionum Corporis fit, prout cogitationes, rerumque ideæ, ordinantur et concatenantur in Mente. Q. E. D.

PROPOSITIO II.

*Si animi commotionem seu affectum a causæ externæ cogitatione amoveamus, et aliis jungamus cogitationibus, tum Amor seu Odium erga causam externam, ut et animi fluctuationes, quæ ex his affectibus oriuntur, destruentur.*

DEMONSTRATIO.

Id enim, quod formam Amoris vel Odii constituit, est Lætitia vel Tristitia, concomitante idea causæ externæ (per Defn. 6. et 7. Affect.); hæc igitur sublata, Amoris vel Odii forma simul tollitur; adeoque hi affectus, et qui ex his oriuntur, destruentur. Q. E. D.

PROPOSITIO III.

*Affectus, qui passio est, desinet esse passio, simulatque ejus clarum et distinctam formam ideam.*

DEMONSTRATIO.

Affectus, qui passio est, idea est confusa (per gener. Affect. Defn.). Si itaque ipsius affectus clarum et distinctam formam ideam, hæc idea ab ipso affectu, quatenus ad solam Mentem refertur, non nisi ratione distinguetur (per Prop. 21. p. 2. cum ejusdem Schol.); adeoque (per Prop. 3. p. 3.) affectus desinet esse passio. Q. E. D.

COROLLARIUM.

Affectus igitur eo magis in nostra potestate est, et Mens ab eo minus patitur, quo nobis est notior.

PROPOSITIO IV.

*Nulla est Corporis affectio, cujus aliquem clarum et distinctum non possumus formare conceptum.*

DEMONSTRATIO.

Quæ omnibus communia sunt, non possunt concipi nisi adæquate (per Prop. 38. p. 2.); adeoque (per Prop. 12. et Lemma 2., quod habetur post Schol. Prop. 13. p. 2.) nulla est Corporis affectio, cujus aliquem clarum et distinctum non possumus formare conceptum. Q. E. D.

COROLLARIUM.

Hinc sequitur, nullum esse affectum, cujus non possumus aliquem clarum et distinctum formare conceptum. Est namque affectus Corporis affectionis idea (per gener. Affect. Defn.), quæ propterea (per Prop. præc.) aliquem clarum et distinctum involvere debet conceptum.

SCHOLIUM.

Quandoquidem nihil datur, ex quo aliquis effectus non sequatur (per Prop. 36. p. 1.) et quicquid ex idea, quæ in nobis est adæquata, sequitur, id omne clare et distincte intelligimus (per Prop. 40. p. 2.); hinc sequitur, unumquemque potestatem habere, se suosque affectus, si non absolute, ex parte saltem clare et distincte intelligendi, et consequenter efficiendi, ut ab iisdem minus patitur. Huic igitur rei præcipue danda est opera, ut unumquemque affectum, quantum fieri potest, clare et distincte cognoscamus; ut sic Mens ex affectu ad illa cogitandum determinetur, quæ clare et distincte percipit, et in quibus plane acquiescit; atque adeo, ut ipse affectus a cogitatione causæ externæ separetur, et veris jungatur, cogitationibus; ex quo fiet, ut non tantum Amor, Odium, etc. destruantur (per Prop. 2. hujus), sed ut etiam appetitus seu Cupiditates, quæ ex tali affectu oriri solent, excessum habere nequeant (per Prop. 61. p. 4.) Nam apprimè notandum est, unum eundemque esse appetitum, per quem homo tam agere quam pati dicitur. Ex gr. cum natura humana ita comparatum esse ostendimus, ut unusquisque appetat, ut reliqui ex ipsius ingenio vivant (vide Schol. \*) Prop. 31. p. 3.); qui quidem appetitus in homine, quæ Ratione non ducitur, passio est, quæ Ambitio vocatur, nec multum a Superbia discrepat; et contra in homine, qui ex Rationis dictamine vivit, actio seu virtus est, quæ Pietas appellatur (vide Schol. 1. Prop. 37. p. 4., et 2. Demonstrat. ejusdem Prop.) Et hoc modo omnes appetitus seu Cupiditates eatenus tantum passionem sunt, quatenus ex ideis inadæquatis oriuntur; atque eadem virtuti accensentur, quando ab ideis adæquatis excitantur vel generantur. Nam omnes Cupiditates, quibus ad aliquid agendum determinamur, tam oriri possunt ab adæquatis quam ab inadæquatis ideis (vide Prop. 59. p. 4.). Atque hoc (ut eo, unde digressus sum, revertar) affectuum remedio, quod scilicet in eorum vera cognitione consistit, nullum præstantius aliud, quod a nostra potestate pendeat, excogitari potest, quandoquidem nulla alia Mentis potentia datur, quam cogitandi et adæquatas ideas formandi, ut supra (per Prop. 3. p. 3.) ostendimus.

PROPOSITIO V.

ETHICES

PARS QUINTA.

DE POTENTIA INTELLECTUS,

SEU DE LIBERTATE HUMANA.

*Affectus erga rem, quam simpliciter, et non ut necessarium, neque ut possibilem, neque ut contingentem imaginamur, cæteris paribus, omnium est maximus.*

DEMONSTRATIO.

Affectus erga rem, quam liberam esse imaginamur, major est quam erga necessariam (per Prop. 49. p. 3.), et consequenter adhuc major quam erga illam, quam ut possibilem vel contingentem imaginamur (per Prop. 11. p. 4.). At rem aliquam ut liberam imaginari nihil aliud esse potest, quam quod rem simpliciter imaginamur, dum causas, a quibus ipsa ad agendum determinata fuit, ignoramus (per illa, quæ in Schol. Prop. 35. p. 2. ostendimus); ergo affectus erga rem, quam simpliciter imaginamur, cæteris paribus major est, quam erga necessariam, possibilem, vel contingentem, et consequenter maximus. Q. E. D.

PROPOSITIO VI.

*Quatenus Mens res omnes ut necessarias intelligit, eatenus majorem in affectus potentiam habet, seu minus ab iisdem patitur.*

DEMONSTRATIO.

Mens res omnes necessarias esse intelligit (per Prop. 29. p. 1.), et infinito causarum nexu determinari ad existendum et operandum (per Prop. 28. p. 1.); adeoque (per Prop. præc.) eatenus efficit, ut ab affectibus, qui ex iis oriuntur, minus patitur, et (per Prop. 43. p. 3.) minus erga ipsas afficiatur. Q. E. D.

SCHOLIUM.

Quo hæc cognitio, quod scilicet res necessariæ sint, magis circa res singulares, quas distinctius et magis vivide imaginamur, versatur, eo hæc Mentis in affectus potentia major est; quod ipsa etiam experientia testatur. Videmus enim Tristitiam boni alicujus, quod perit, mitigari, simulac homo, qui id perdidit, considerat, bonum illud servari nulla ratione potuisse. Sic etiam videmus, quod nemo miseretur infantis, propterea quod nescit loqui, ambulare, ratiocinari, et quod denique tot annos quasi sui incius vivat. At si plerique adulti, et unus aut alter infans nascerentur, tum unumquemque miseretur infantum; quia tum ipsam infantiam non ut rem naturalem et necessariam, sed ut Naturæ vitium seu peccatum consideraret; et ad hunc modum plura alia notare possemus.

PROPOSITIO VII.

*Affectus, qui ex Ratione oriuntur vel excitantur, si ratio temporis habeatur, potentiores sunt iis, qui ad res singulares referuntur, quas ut absentes contemplamur.*

DEMONSTRATIO.

Rem aliquam ut absentem non contemplamur ex affectu, quo eandem imaginamur, sed ex eo, quod Corpus alio afficitur affectu, qui ejusdem rei existentiam secludit (per Prop. 17. p. 2.). Quare affectus, qui ad rem, quam ut absentem contemplamur, refertur, ejus naturæ non est, ut reliquis hominis actiones et potentiam superet (de quibus vide Prop. 6. p. 4.), sed contra ejus naturæ est, ut ab iis affectionibus, quæ existentiam externæ ejus causæ secludunt, coerceri aliquo modo possit (per Prop. 9. p. 4.). At affectus, qui ex Ratione oritur, refertur necessario ad communes rerum proprietates (vide Rationis defn. in 2. Schol. Prop. 40. p. 2.), quas semper ut præsentem contemplamur (nam nihil dari potest, quod earum præsentem existentiam secludat), et quas semper eodem modo imaginamur (per Prop. 38. p. 2.) Quare talis affectus idem semper manet; et consequenter (per Ar. 1. hujus) affectus, qui eidem sunt contrarii, quique a suis causis externis non loventur, eidem magis magisque sese accommodare debent, donec non amplius sint contrarii; et eatenus affectus, qui ex Ratione oritur, est potentior. Q. E. D.

PROPOSITIO VIII.

*Quo affectus aliquis a pluribus causis simul concurrentibus excitatur, eo major est.*

DEMONSTRATIO.

Plures causæ simul plus possunt quam si pauciores essent (per Prop. 7. p. 3.); adeoque (per Prop. 5. p. 4.), quo affectus aliquis a pluribus causis simul excitatur, eo fortior est. Q. E. D.

SCHOLIUM.

Hæc Propositio patet etiam ex Axiomate 2. hujus Partis.

PROPOSITIO IX.

*Affectus, qui ad plures et diversas causas refertur, quas Mens cum ipso affectu simul contemplatur, minus noxius est, et minus per ipsum patitur, et erga unamquamque causam minus afficitur, quam alius æque magnus affectus, qui ad unam solam vel pauciores causas refertur.*

DEMONSTRATIO.

Affectus eatenus tantum malus seu noxius est, quatenus Mens ab eo impeditur, quo minus possit cogitare (per Prop. 26. et 27. p. 4.); adeoque ille affectus, a quo Mens ad plura simul objecta contemplandum determinatur, minus noxius est, quam alius æque magnus affectus, qui Mentem in sola unius aut pauciorum objectorum contemplatione ita detinet, ut de aliis cogitare nequeat; Quod erat primum. Deinde, quia Mentis essentia, hoc est (per Prop. 7. p. 3.) potentia, in sola cogitatione consistit (per Prop. 11. p. 2.), ergo Mens per affectum, a quo ad plura simul contemplandum determinatur, minus patitur, quam per æque magnum affectum, qui Mentem in sola unius aut pauciorum objectorum contemplatione occupatam tenet; Quod erat secundum. Denique hic affectus (per Prop. 43. p. 3.), quatenus ad plures causas externas refertur, est etiam erga unamquamque minor. Q. E. D.

PROPOSITIO X.

*Quamdiu affectibus, qui nostræ naturæ sunt contrarii, non conflictamur, tamdiu potestatem habemus ordinandi et concatenandi Corporis affectiones secundum ordinem ad intellectum.*

LI. Sicut tuom uis unicum gnatum tuae  
superesse uitae sospitem et superstitem,  
ita ted optestor per senectutem tuam  
perque illam quam tu metuis uxorem tuam,  
(si quid med erga | hodie falsum dixeris)  
ut tibi superstes uxor actatem siet  
atque illa uiua uiuos ut pestem oppetas.

TITVS MACCVS PLAVTVS [254-184 ANTE CHR.]

(Si pietas et sanctus amor dat vota petenti)  
exaudi famulos munere larga tuos.  
fortunatus agens, Agnes quoque versibus orant,  
(ut lassata nimis vina benigna bibas)  
sic tibi det dominus quaecumque poposceris ipsum,  
et tibi, sicut amas, vivat uterque rogans:  
suppliciter petimus, (si non offendimus) ambo  
ut releves natos - mater opima - duos.  
non gula vos sed causa trahat modo sumere vina,  
talis enim potus viscera lassa iuvat.  
sic quoque Timotheum Paulus (tuba gentibus una)  
(ne stomachum infirmet) sumere vina iubet.

VENANTIVS FORTVNATVS [535-600 POST CHR.]

Interea Macduffus in Angliam delatus Milcolumbum Re-  
gio cultu habitum apud Eduardum Regem invenit. Eduardus  
enim (fractis in Anglia Danorum opibus) in regnum ab exilio re-  
vocatus multis de causis favore prosequabatur. Milcolumbum  
ab avo materno Sibardo ad se adductum; (vel) quod pater avusque,  
(cum praessent Cumbriae, quatenus per tempora licuit semper  
majoribus suis studuissent) (vel) quod eventorum similitudo et  
memoria periculorum eos conciliaret, quippe Regem utrumque et  
injusto exilio a tyrannis multatos; (vel) quod Regum afflictas res  
facile hominum etiam alienissimorum animos commovent.

GEORGIUS BUCHANAN [1506-1582 POST CHR.]

(Sin cuiquam nimis infini- 65  
tum videtur, quod ita posui 'quacumque de re' dicit hinc  
quantum cuique videbitur circumcidat atque amputet. tamen  
illud tenebo, (si) quae ceteris in artibus atque studiis sita  
sunt) orator ignoret tantumque ea teneat, quae sint in  
disceptationibus atque usu forensi. tamen (his de rebus  
ipsis si sit ei dicendum, cum cognoverit ab eis, qui tenent,  
quae sint in quaque re) multo oratorem melius (quam ipsos  
illos, quorum eae sint artes) esse dicturum,

MARCVS TVLLIVS CICERO [106-43 ANTE CHR.]

Interim angelus appareat pastoribus et dicat:

Magnum vobis gaudium, pastores, annuntio:  
Deus se circumdedit carnis vestre pallio,  
(quem mater non peperit carnali commercio)  
immo virgo permanens mater est ex filio.

Pastoribus euntibus dicat diabolus:

Tu ne credas talibus, pastorum simplicitas!  
scias esse frivola, que non probat veritas.  
(quod sic in presepio sit sepulta Deitas,  
nimis est ad oculum reserata falsitas)

CARMINA BYBANA [SAECULI XIII].

Iterum pastoribus ad negotium suum redeuntibus dicat angelus:

Pastores, querite natum presepio  
et votum solvite matri cum filio!  
nec mora veniat isti consilio,  
sed vos huc dirigat mentis devotio.

Iterum pastoribus abeuntibus dicat diabolus ad aures eorum:

Simplex cetus, aspice, qualis astutia  
cuius, qui sic fabricat vero contraria  
(utque sua phaleret nugis mendacia)  
in rhythmis conciliat, que profert, omnia.

Et ut animarum salus eo tempore potius procuraretur, quo magis alio-  
rum egerit suffragiis et quo minus sibi ipsis proficere valent, auctoritate  
Apostolica de thesauro Ecclesiae animabus in purgatorio existentibus  
succurrere volentes, quae per caritatem ab hac luce Christo unitae  
decesserunt ac quae, dum viverent, sibi ut huiusmodi indulgentia suf-  
fragaretur, meruerunt, paterno cupientes affectu, quantum cum Deo  
possumus, de divina misericordia confisi ac de plenitudine potestatis  
concedimus pariter ac indulgemus, ut si qui parentes, amici aut ceteri  
Christi fideles pietate commoti pro ipsis animabus purgatorio igni pro  
expiatione poenarum eisdem secundum divinam iustitiam debitaram  
expositis, durante dicto decennio pro reparatione ecclesiae Xancio-  
nensi[s] certam pecuniarum quotam aut valorem iuxta decani et capituli  
dictae ecclesiae aut nostri collectoris ordinationem dictam ecclesiam  
visitando dederint aut per nuntios ab eisdem deputandos durante  
dicto decennio miserint, volumus ipsam plenariam remissionem per  
modum suffragii [vd. \*1405 s] ipsis animabus purgatorii, pro quibus  
dictam quotam pecuniarum aut valorem persolverint, ut praefertur, pro  
relaxatione poenarum valere ac suffragari.

PONTIFEX ROMANVS SIXTVS IIII [1471-1484 POST CHR.]

De indulgentiis pro defunctis

Ipsa (inde ab exordiis codificationis canonicae orientalium  
Ecclesiarum) constans Romanorum Pontificum voluntas duos  
Codices (alterum pro latina Ecclesia alterum pro Ecclesiis  
orientalibus catholicis) promulgandi admodum manifesto osten-  
dit velle eosdem servare id (quod in Ecclesia, Deo providente)  
evenit) ut ipsa unico Spiritu congregata quasi duobus pulmo-  
nibus Orientis et Occidentis respiret atque uno corde quasi  
duos ventriculos habente in caritate Christi ardeat.

PONTIFEX ROMANVS IOANNES PAVLVS II [1990]

9.1.1997

¶ Americani sex miliarda dollarorum, quae iam diu ordini Nationum Unitarum debent, hoc anno solvere incipient. Quod promisit Warren Christopher, minister Americanus negotiorum exterorum, cum novum secretarium generalem eiusdem ordinis Kofi Annan gratulandi causa conveniret. Ait praesidentis Clinton et regiminis eius maxime interesse, ut illa pecunia brevi penderetur.

Cursus politicae externae Russorum anno currenti adhuc magis ad Asiam et regionem Maris Pacifici dirigetur, ut ait viceminister Grigori Karasin. Inter Russiam et Sinas bonas rationes intercedere et amicitiam etiam cum Iaponiensibus servatam esse, quamquam de Curilitanis insulis dissensio sit. Rectores Russi de natura bicontinentali et biculturali civitatis suae monere coeperunt docentes Russiam rem publicam Eurasiaticam esse.

Principatus Monoecensis iubilaeum septisaeculare agere coepit, nam hac septimana septingenti anni sunt, cum familia Grimaldiana ei praeest. Principes Monoecenses rem semper tanta prudentia administraverunt, ut independentiam suae parvae civitatis usque ad hodiernum diem servaverint. Neque tamen rerum potiuntur, nam primus minister Monoeci semper ex Francogallia fuit.

Amnesty International, ordo iuribus humanis tuendis, regimen Keniae reprehendit, quod condiciones vitae in vinculis Kenianis horribiles essent et incarcerati assidue in summum cruciatum venirent. In carceribus fieri solere, ut captivi ictibus electricis afficerentur et alioquin male mulcarentur. Amnesty International de his rebus certior factus est visitationibus Keniae hoc biennio factis.

Caput cultus civilis Europaei est hoc anno Thessalonice, urbs Graeciae septentrionalis. Quam ob rem ibi per totum annum eventus diversi generis culturales instituentur, in iis dramata melica, ludi scaenici, acroamata musicae classicae et popularis, expositiones artium. Magni momenti erit expositio iconum sacrarum Byzantiarum nec non monstratio rerum ad Alexandrum Magnum pertinentium.

In comaeatu vehiculari Finnico anno vergente intra undecim dies viginti homines vitam amiserunt. Omnes calamitates in stratis nivibus et glacie lubricis acciderunt. Causa principalis tot mortium creditur esse neglegentia aurigarum in autocinetis gubernando, quippe qui pericula viarum hiemalium obliti et canthis autoraedae suae clavatis nimis confisi velocitatem vehiculi non satis tardaverint.

7.2.1997

¶ In Israele septentrionali gravissima calamitas aerea facta est, cum duo helicoptera oneraria in Libanon versus volantia tempestate orta inter se collisa sunt. Omnes septuaginta tres milites Israeliani, qui illo vehiculo ferebantur, vitam amiserunt. Iam expertis mandatam est, ut causam calamitatis cognoscerent. Helicoptera proiectilibus onerata, dum decidunt, aliquot aedificia deleverunt, sed nullus civis laesus est.

Alter casus adversus eiusdem generis die Saturni mane in Macedonia accidit helicoptero in lacum praecipitato. Qua calamitate tres Finni Nationum Unitarum tutatores pacis, quorum una femina erat, nec non pilota Canadensis diem supremum obierunt. Volaturi erant in locum prope confinium Albaniae situm, ubi ceteri Finni excubias agebant, cum helicopterum eorum in fila electrica altae tensionis illisum est.

Rebelles Tutsi adhuc ampliores partes Zairiae orientalis occupant. Nuntiaverunt se brevi tempore oppidum Mobam, quod in regione metallis opulenta nomine Shaba situm est, circumventuros esse. Iam etiam ad Lubutum progressi sunt, ubi centum milia profugorum Hutuorum consederunt. Civitates Americae Unitae Ugandam, Burundiam et Ruandam hortatae sunt, ne tumultibus Zairensibus se interponerent.

Animi Americanorum commoti sunt crudeli pennialismo, cui tirones pedites classarii militiam facientes exponuntur. In taenia enim magnetoscopica recens divulgata ritus sanguineus conspicitur, in quo commilitones veterani novis militibus in pectus aculeum infigunt. Praefecti militum affirmaverunt se omnia facturos esse, ut pennialismus et aliae iniuriae ex exercitu Americano funditus exstirparentur.

Franz Schubert, musicographus Austriacus abhinc ducentos annos natus, etiam in Finnia multis concentibus editis celebratur. In urbe Oulu ad memoriam eius dies festi musici nomine Septimana Schubertiana acti sunt. In operibus, quae auditoribus exhibebantur, erant octo symphoniae, missa sollemnis ad modum durum G composita et series monodiarum nomine Winterreise.

In foro senatorio urbis Helsinki ecclesiola ex nive facta est. Aedem candidam ad pios usus consecravit die Lunae vesperi Eero Huovinen, episcopus dioecesis Helsinkiensis. Quod sacellum niveum pristinam ecclesiam Ulricae Eleonorae figurat, quamquam tantum denos homines capit. In ornamentis eius sunt tabula altarium picta, duae bases candelarum et pelvis baptismalis ex glacie sculpta.

28.2.1997

¶ Praesidens Boris Jeltsin his diebus in televisione alacrior visus est quam pridem. Nuper primum ministrum Tshernomyrdin convenit, quem vituperavit, quod regimen iners esset. Tshernomyrdin se cum praesidente consentire dixit, sed addidit etiam magistratus regionales problematum socialium auctores esse. Maximum problema est, quod stipendia pensionesque multis mensibus solvi non potuerunt. Izvestia, acta diurna Moscuensia, die Mercurii pro certo habebant ipsum Tshernomyrdin brevi a munere amotum iri. Rumor est etiam de ministro defensionis Rodionov amovendo, quem Jeltsin reprehendit, quod nimis lamentaretur. Lamentis opus non esse sed labore. Rodionov enim oratione veteranis habita dixerat defensionem Russiae in ruinas esse redactam. In exercitu aereo nullam esse legionem, quae necessitate imminente ex terra surgeret. "Si cui surgere contigit," inquierat, "metam non ferit et descendens in terram praecipit ruit."


Hongcongenses timent libertatem suam esse in periculo. Antea Sinenses polliciti erant autonomiam Hongcongi servatam iri, cum regio Kalendis Iuliis sub administrationem Sinarum transiret. At die Dominico commissio perpetua congressus populi Sinensium proposita comprobavit, quibus libertas conveniendi et ius factiones politicas condendi Hongcongi limitarentur.

Investigatores Britannii ovem adultam clonizaverunt, quod numquam antea contigit. Ovis iam septem mensium, ex cellula creata est, quae ex ubere ovino extracta erat. Cellula in vitro in embryonem evoluta in uterum ovis transplantata est. Ovis clonizata nomen Dolly ex cantatrice Dolly Parton invenit. Eadem ratione in theoria fieri potest, ut etiam homines clonizentur. Investigatores quidem censent nullum biologum esse tam irresponsabilem, ut clonizationem hominis promoveat. In Britannia etiam lex vetat, ne ita fiat. Animalia autem clonizata in medicina usui esse potest. Nihil minus orbis scientificus clonizatione ovis feliciter effecta perturbatur. Physicus nuclearis Joseph Rotblad, praemio pacis Nobeliano ornatus, flagitavit, ut commissio ethica internationalis quam celerrime ad rem examinandam convocaretur. Praesidens Bill Clinton iam postulavit, ut commissio administrativa, quae de rebus bioethicis responderet, intra nonaginta dies de clonizatione sententiam diceret.

Archaeologi Germani iacula lignea ante quadringenta milia annorum facta prope Hannoveram reppererunt. Vetustiora arma venatorum numquam ante inventa sunt. Ex eadem fossa etiam instrumenta lapidea et reliquiae equorum in lucem venerunt. Ergo homo Neanderthalensis non erat tam rudis quam antea credebatur, sed iam venari et instrumenta sibi utilia fabricari sciebat.

14.3.1997

¶ Regimen Russiae penitus renovabitur. Praesidens Boris Jeltsin nuntiavit ex pristinis ministris tantum Victorem Tshernomyrdin eiusque primum vicarium Anatolium Tshubais nuper creatum, munera sua retenturos esse. Primus minister Tshernomyrdin intra unam septimanam de novis ministris creandis ad praesidentem Jeltsin referet. Tshernomyrdin promisit fore, ut in novum regimen tantum renovatores et fautores oeconomiae mercatus eligerentur. Duma Russiae sive camera inferiori parlamenti, ubi communistae maiorem partem faciunt, consilia regiminis renovandi damnavit sed Jeltsin eo decreto non obligatur.



## TIROCINII pars tertia

## Dialogus I.

## De Artis lectoriae et scriptoriae utilitatibus.

Magister) Ecce fili, didicisti legere et scribere! Nonne? Discipulus) Quare me didicisse.

2. Magister) Et quidem ludibundus, nullo molesto labore. Discipulus) Gratias ago Deo, et tibi dilecte Magister.

3. Magister) Est utique cur gratias agamus Deo, qui nobis tam facilem ostendit viam, ignotam ante hac.

4. Discipulus) Ignotam? Non semper homines legere et scribere sciebant? Magister) Non de legendo et scribendo nunc loquor, sed de arte legendi et scribendi.

5. Discipulus) An illam ante ignorabant? Magister) Tam facilem ignorabant. Triennio aliqui aegre addiscebant, quod tu trimestri: nec tam perfectè. Et res fuit laboriosa et taediosa, sine pugnis, virgis, ferula, vix procedebat.

6. Discipulus) Itane? Magister) Ita prorsus. Hinc Scholam juvenes ut pistrinum, aut carnificinam fugiebant: nunc ludus est.

7. Discipulus) Etiam nunc labor est. Magister) Sine labore nihil fit: ne quidem edere, aut ludere, sine labore possis, si laborem ita vis accipere. Sed alius est labor molestus, terrens et vires atterens ac frangens: alius jucundus et savis, vires corporis et animi recreans, qualis hic noster, non labor, sed ludus dicendus.

8. Discipulus) Fuit sane. Magister) Interim verum etiam est, *Non semper scripsisse homines legere.*

9. Discipulus) Quando igitur didicere? Magister) Haud scimus an aliquid prius scriptum fuerit quam Lex Dei, exarata ipsius Dei digiti, et tradita Moysi: qui eam legere didicit, et alios docuit.

10. Discipulus) Ergo Deus homines literas docuit? Magister) Ita videtur. Sicut et ille prius Vetiium ostendit rationem, cum Adamum et Evam convelliret: et Navium fabricam, cum Noachum servare se doceret in Diluvio.

11. Discipulus) Deo itaque tanto majores debemus gratias. Magister) Quicquid boni habemus, Dei dona sunt. Hoc tamen donum *Literarum*, merito prae caeteris donis magnificandum est.

12. Discipulus) Cur? Magister) Quia scientia haec admodum mirabilis est, et pulchra ac savis, et utilis et necessaria.

13. Discipulus) Cur mirabilem dicis? Magister) Annon mirabile est, quod Cogitationes pingi possunt? et quod Verba, ne cum Vento transeant, materiae possunt affigi? Eoque sic Chartae affixa peregrè mittendo absentibus, aut in scribijs relinqvendo posteritati, loqui? Non videtur hoc mirum?

14. Discipulus) Est sane: sed ego id tam distinctè considerare nescivi. Magister) Nec minus mirum, quod alienas cogitationes in Libros relatas, iterum hinc depromere et intueri possimus: et sermonem audire, absentium etiam.

15. Discipulus) Mirum certè. Magister) Imò et savoritatis plenum, non lingvâ tantum, sed et manu loqui posse; non Auribus tantum, sed et Oculis, sermonem percipere; non cum praesentibus tantum, sed et absentibus communicare posse, quicquid placeat.

16. Discipulus) Agnosco esse pulchrum: sed an etiam necessarium? Magister) Cur quibitas? Discipulus) Quia dixisti antiquos ignoravisse ante Moysen.

17. Magister) Erant tum omnium rerum milia tantum: non multas ante se habuerunt res gestas, non opus fuit historiam scribi: et erant longaevis, et sani, et poterant meminisse et negotijs non distrahebantur, tranquillè vivendo. Nunc alius est rerum status: hominum Vita est brevis, et negotijs plena: infinitaque discenda sunt, quae nisi scriberentur, circa pleraque *Caeci, Jurdi, muti* efflemus.

18. Discipulus) Etiam hodie multi libros non intelligunt, et tamen homines sunt.

19. Magister) Semihomines verius: ex Gentibus incultis patet, quae sine literis (in America et alibi) vivunt: sed sunt homines barbari, à belluis, praeter figuram parum differentes.

20. Discipulus) Et tamen non sunt caeci, furdi, muti, uti dixeras: quia vident, audiunt, loqvuntur.

21. Magister) Nimium simplex es: de interna Caecitate et Surditate loquor. Visne ut tibi ostendam, quomodo qui literas ignorant, *caeci, jurdi et muti* sunt? Discipulus) Rogo, Praeceptor, doce me id.

22. Magister) *Mutus est, qui Cogitationes suas non potest alteri ostendere: cin?* Discipulus) Rectè, intelligo.

23. Magister) At qui scribere nescit, nescit Cogitationes suas detegere absentibus, intelligis? Discipulus) Quidni possit, per Nuntium.

24. Magister) Qui scribere scit etiam sine nuntio, per scriptum, absentem de quibuscunque vult, certiorum facit. Discipulus) Intelligo.

25. Magister) Ergo qui literas novit, ille amico absentibus, Vocalis est: qui ignorat, mutus. Discipulus) Non habeo, quod obloquar.

26. Magister) Rursum. *Surdus est, qui quae dicuntur, non percipit, etiam si praesens sit.* Quod idem contingit literarum ignaro, ut tamen amici epistolam, aut librum sapientem in manu et oculis habeat, nihil tamen percipiat.

27. Discipulus) Propterea dicendus Surdus? Magister) Certò, hanc internam surditate: Ecce, quae nos hic colloquimur, quia Colloquium scriptum est, da id legendum legendi gnaro, audiet omnia, quae loqvimur. Da legendi ignaro, tantum audiet, quantum stipes. Ergo surdus est.

28. Discipulus) Etiam dixisti *Caecos esse*, qui Literas ignorant. Magister) Sunt utique hoc nostro sensu. *Caecus namque dicitur, qui etiam in luce nihil eorum, quae circa se habet, visu percipit*, ut illi dies aequè ac nox tenebrosa sit. Tenta nunc, da Literas ignaro in manu, Librum a scriptura vacuum, rursumque librum scripturâ obcurâ, tandemque Librum Sapientiae luce plenum: quare quid hic, isthic, illic videat? Tantundem se videre id est nihil testabitur. Ergo Caecus est.

29. Discipulus) Laus itaque sit Patri luminum Dei, qui me ad literarum scientiam promovere dignatus est. Magister) Pie facis, fili, quod beneficium agnoscis. Sicut pro datis nobis corporis oculis, auribus, lingua, laudare debemus quotidie Deum: ita pro additis hinc secundarijs oculis, auribus, lingua, nempe *Literis*, laudandus nobis est perpetuò Deus.

30. Discipulus) Non desinam laudare, dum vivam. Magister) Meritò. Durabit enim jam hoc tibi bonum ad Vitae dies. Eripere tibi nummos, vestes, alia bona, malus homo potest: hoc bonum legendi artem, nemo, si modò eam exercere non intermiseris. De quo cras loqvemur, si nos sospitaverit DEUS.

## Dialogus II.

## De artis lectoriae et scriptoriae continuando usu.

Discipulus) Adsum, observande Praeceptor.

2. Magister) Quò fine? Discipulus) Quia me docere quiddam heri promissisti.

3. Magister) Eequid illud fuit? haeres? nescis? Discipulus) Nescio an sciam.

4. Magister) Turpis haec oblivio foret: Doceri velle et nescire quid. Discipulus) Tu melius nosti, quid me docere debeas.

5. Magister) Sed et tu scire debes, quid discere debeas, postquam tibi semel dictum est. Discipulus) Recordor monuisse te, ut *Literas colere ne desistam.*

6. Magister) Rectè recordaris: illud ipsum est. Discipulus) Sed promissum aliquid addere.

7. Magister) Nempe *Causas*, cur saepe et cum lubentia, libros legere et necessaria quaeque scribere debeas: Deinde, docere te promissi utriusque *modum*. Discipulus) Pergratum feceris mi Domine.

8. Magister) Legere et scribere crebrò debes, tres ob causas. Primum, ne legere et scribere obliviscaris. Secundò, ut in utroque quotidie promptior fias: tertio, ut artis fructum percipias.

9. Discipulus) Dic de singulis clarius. Magister) Omnium rerum scientia conservatur repetendo. Non repetere quod didicisti, oblivisci est: si autem literas oblivisci voluisti, cur didicisti? cave!

10. Discipulus) Non puto me tam facile oblivisci posse. Magister) Imò facillimè, si non repetis, exeres, urges. Rursus autem si repetis, exeres, urges, fies in dies promptior et roborator.

11. Discipulus) Quid dixisti de *artis usu*? Magister) Ut non frustra didiceris, nec frustra scias. Ad quid enim est rem aliquam scire, et eà non uti? Perinde ac si velis habere manus, et non operari; pedes et non ambulare; oculos et non cernere; linguam et non loqui: dentes et ventriculum, et non irasci.

12. Discipulus) Aliud hoc est. Magister) Quomodo aliud? Scire viam ad thesauros, nancisci que claves, nolle tamen ire aperire, depromere, an non stultitia foret?

13. Discipulus) Utique. Sed non intelligo cur haec loquaris. Magister) Non intelligis? Libri continent Sapientiae thesauros, literarum ignaris clausos. Tu ergò dum claves Literarum scientiam, nactus jam es, non ibis thesauros quaesitum?

14. Discipulus) Iso Domine: jam enim intelligo ad quid sit *Legere scire*, sed doce me, quid observabo? Magister) Docebo septem Regulis.

15. *Primum vide, ut ad legendum sumas librum bonum, qui te boni aliquid docere possit.* Nugas legere inutile est, noxium potius.

16. II.) *Sane exemplar (quantum potes) integrum, incorruptum, mundum: ipsique tracta mundè, et ne laceres, neve contamines.*

17. III.) *Lectioem incipe ab initio, progredereque continuò ad finem usque: ut ne quid praeteritas, aut transillas, cavens.* Boni enim Libri sunt sicuti ad aliquid sublime conscendendum applicata Scala: ubi si quem gradum eximis, progredi non poteris.

18. IV.) *Nihil legas animo peregrinante, sed lectioni affixo.* Sine attentione legere, perinde est atque oculis clausis velle res intueri: aut in rerum turba oculos huic illuc jactuando, nulli insiltere velle.

19. V.) *Si quid aliorum in usum legis aut recitas, clarè, distinctè, articulatè pronuntia: ut audientes maxima et minima rectè audire, rectèque percipere, valeant.*

20. VI.) *In omni commate, seu Inciso, paululum subsiste: magis etiam in duobus punctis: maxime autem ubi ad punctum veneris.* Ibi enim Spiritus hauriendus est ad sequentis periodi usum.

21. VII.) *Ubi verò totum Caput finitur, etiam Tu sui: quia quod loqvitur alterius argumenti est, ad quod te progredi mox forte opus non est.* Si est, progredere. Intellexisti haec?

22. Discipulus) Spero. Quid autem me de *Scripturae* mones? Magister) Tria potissimum. Ut manum exerceas ad *Calligraphiam*. II. Et ad *Tachygraphiam*. III. Et ad *colligendum quotidiana res bonas.*

23. Discipulus) Cur ad *Calligraphiam*? Magister) Quia turpe est studiose tales *Scripturae* characteres pingere, quales fortè Gallina etiam ruspando faceret.

24. Discipulus) Dummodò legi possunt. Magister) Non satis hoc est: ut amoenè tua scripta legantur, cura.

25. Discipulus) Ad quid autem *Tachygraphia*? Magister) Est res infiniti usus studiose: qui quanto celerius scribit, tanto plura scribere, hoc est tanto majores Sapientiae thesauros congregare poterit.

26. Discipulus) Ego duo vel tria folia quotidie scribere posse confido. Magister) Hoc nihil est, ut Manus Lingvae sufficiat, conandum erit.

27. Discipulus) Qui fit? Magister) Ut ab ore loqvantis sapientiam excipere sufficiat calamo.

28. Discipulus) Hoc impossibile videtur. Magister) Saltem primaria, è quibus reliquorum recordari possis. Quamquam antiqui artem notariam habebant, quâ ore fluentem orationem excipiebant *Verbotenus*.

29. Discipulus) Nos autem ignoramus illam? Magister) Non ignorant quidam in alijs Gentibus: refutata enim est in Anglia. Apud nos tantum in numeris eam observamus.

30. Discipulus) Quomodo id? Magister) Per initiales literas et Cifras. Hanc enim sententiam, Anno millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo quinto (quae Literas continet 40) exprimerè possunt sex tantum M. DC. LV: aut Cifris quatuor. 1654. Sed omitamus hoc, quandoquidem numerorum notas nondum didicisti.

31. Discipulus) At discere cupio. Magister) Cupis? Discere igitur, non rememorabor profectus tuos.

32. Discipulus) Gratiam tibi habeo, humanissime Praeceptor. Magister) Attende. Notae Numerales duum sunt generum nobis, *Litterae et Cifrae*.

33. Discipulus) Quenam *Litterae*? Magister) Hae septem: I.V.X.L.C.D.M. I. enim significat unum, V quinqve, X decem, L quinquaginta, C Centum, D quingenta, M mille. *Cifras* verò sunt decem I, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 0.

34. Discipulus) Doce me illarum usum. Magister) Docebo, Literarum et Cifrarum. Sic eas usurpamus Unum I. 1 Duo II. 2 Tria III. 3 Quatuor IV. 4 Quinqve V. 5 Sex VI. 6 etc. usque ad mille.

35. Discipulus) Nescio, an omnia haec meminisse poterò. Magister) Ne te jam istis macera: usus haec tibi reddet familiaria.

37. Discipulus) Dic, quomodo *scriptura ad colligendum quotidiana res bonas* scribet? Magister) Experieris id, si quicquid quotidie pulchrum et memorabile legeris, aut mox in Libro annotes, aut in peculiarem librum enotes.

37. Discipulus) Quam ob rem hoc? (Magister) Ut quicquid semel didicisti, simul habeas et per otium repetas: ne quid evanescat. Eò nempe memoriales isti libelli serviunt: quales si quis sibi comparaverit, et ijs pulchra inscripserit, doctus erit.

38. Discipulus) Velles ergò Tu Domine Praeceptor me habere Doctum? Magister) Utique: imò etiam *Sapientem*. Nam posuisse fundamenta addiscij et illi nihil superstruere, non effet sani.

39. Discipulus) Quid hoc ad me? (Magister) Quia tu postquam tibi legendi et scribendi Rudimenta comparasti, totius Eruditionis posuisti fundamentum: cui nihil superaedificare turpe foret.

40. Discipulus) Quid autem est, obsecro, quòd me non tantum eruditum, sed et *Sapientem optas? quid differentiae est?* Magister) Abrumpamus hodie: cras ad me redi, non celabo te.

## Dialogus III.

## De ulteriore studiorum progressu, Scholisque altioribus.

Discipulus) Salve charissime Praeceptor. Magister. Salve et tu. Quid tantò manè?

2. Discipulus) Atqui me redire iussisti, informaturus me de Sapientia. Magister) Euge fili! bona mihi de te surgit spes! Nam Sapientia DEI ita de seipis loqvitur: *Ego diligentes me diligo, et qui manè vigilaverint ad me, invenient me* (Prov. 8. 17.) Age

Litterati homines, qui, ut ait Ficinus, « quantum mente et cerebro negotiosi sunt, tantum corpore sunt otiosi », omnes fere vitae sedentariae incommoda, demptis Medicis Clynicis, subeunt. Nihil notius quam hominem sedendo sapientem fieri; tota ergo die ac nocte sedentes, inter litterarum oblectamenta, corporis damna non sentiunt, donec non intellectae morborum causae, sensim obrepentes eos lectis affixerint.

Vitae quoque statariae incommoda non raro experiuntur Litterarum Professores; multos enim ex iis passim visere est, qui, ut sedentariae vitae, quae tam male audit, evitent damna, in contraria ruunt, dum ad multas horas, ac totos fere dies, stant erecti libros evolvendo; quod non minus, imo forsitan magis noxium, quam si ad opus suum sedendo incumberent.

In universum porro Litterati omnes stomachi imbecillitate laborare solent. Nullus enim fere est qui serio litterarum studio det operam, ac de stomachi languore non conqueratur; dum enim cerebrum concoquit ea, quae sciendi libido et litterarum orexis ingerit, non nisi male potest concoquere ventriculus ea, quae fuerint ingesta alimenta, distractis nempe spiritibus animalibus, et circa intellectuale opus occupatis, vel iisdem spiritibus non adeo pleno influxu, uti opus esset, ad stomachum delatis, propter fibrarum nervearum, ac totius nervosi systematis in altioribus studiis validam contentionem. Quantum enim ad viscerum omnium naturales functiones rite obeundas conferat, si non succi nervei, de quo adhuc non satis constat, saltem spirituum animalium influxus ex partium paralyti laborantium contabescencia, satis liquet; quamvis enim ob perennem arteriosi sanguinis affluxum vitali succo fruantur, attamen humore illo, seu quidquid sit illud, quod per nervos ad ea defertur, orbatae, gracilescent.

Hinc ergo cruditates, flatuum ingens copia, corporis totius pallor et macies, partibus geniali succo defraudatis, summatim omnia damna, quae cacochyliam consequuntur, ortum ducunt. Sic Studiosi paulatim, licet Ioviali temperamento praediti, Saturnini ac melancholici fiunt: sic dici solet melancholicos esse ingeniosos; at forte aptius, ingeniosos fieri melancholicos, spirituosiori nempe sanguinis parte circa mentis opera absumpta, magis vero foeculenta ac terrestri intus relicta.

Non ibo tamen inficias, quin ad id multum conferat corporis temperies, ad melancholiam paulisper vergens cum moderate ceterorum humorum mixtura... Melancholicis ergo passionibus obnoxii sunt, ut plurimum, Litterarum Professores, eoque magis si a primordiis tale temperamentum sortiti fuerint: sic habitu graciles, luridi, plumbei, morosi ac solitariae vitae cupidi observantur qui litterati sunt.

Oculorum imbecillitati praeterea obnoxii paulatim redduntur; legentes siquidem et scribentes intento obtutu non possunt quin visionis laesionem persentiant, quod malum fovent dum litteras minutas scribunt. .... Indubium quidem est quod qui minutius scribere consuescant sibi curtiorem visum reddant, et myopiam sibi paulatim adsciscant; sic enim oculus assuescit ad proxima solum videnda, ac retina ex tali assuefactione in situ a pupilla magis remoto obfirmatur atque obdurescit, adeo ut mobilitas illa, quam oculis impertita est natura, aboleatur.

Affectu quoque myopiae contrario interdum laborant qui scriptioni ac lectioni nimis addicti sunt, adeo ut temporis progressu obiecta ab oculo longe remota tenere iis necesse sit, quod vitium senibus familiare est; etenim quum incurvi ac proni scribant ac legant, facile humor crystallinus ad pupillam prolabitur, eamque obturat, ac caecitatem inducit...

Praeterea litterarum studiosi quum legendo et scribendo, capite ac pectore inclinato libris incumbant, ventriculum et pancreas comprimunt, ex qua compressione stomachus oblaeditur, et succi pancreatici per suos ductus cursus inhibetur, unde potea viscerum naturalium oeconomia perturbatur; ex qua succi pancreatici interceptione in hypocondriacis affectibus valde fit noxia.

Nephritis quoque et arthritis, quae vitae sedentariae pedisequae sunt, litteratorum morbis comites se iungunt; perraro autem quis arthriticus est, quin fiat nephriticus, non tam quod in arthriticis lecto seu sellae affixis lumbi ac renes ob assiduum decubitus et sessionem graviter fatigentur, quam quod utriusque effectus eadem sit materialis causa.

Haec in universum patiuntur litterarum professores; ex iis tamen quidam sunt, qui peculiaribus morbis vexari solent, uti Concionatores, Philosophi, continuo in scholis disputantes, Advocati in foro .. et quotcumque alii, qui circa vocis exercitium detineri solent. Hic enim distillationibus et vasorum in pectore reptionibus non raro sunt obnoxii. Politici vero, Iudices et qui publicis ministeriis sunt addicti, studiis, magnis laboribus ac vigiliis attriti, inter hypocondriacos primas tenent, et in marasum paulatim prolabantur.

Multo mitius vero cum Medicis res agitur, clynicis tamen, et lectulariis, quorum studium praecipue est circa medicam praxim et quotidianam aegrorum visitationem; hi enim non tot morbis conflictantur, ac si aliquando aegrotant, non sedentariae aut statariae vitae, sed cursuali causam acceptam referunt. Non semel profecto mirari subit, quomodo grassantibus gravibus epidemiis, malignarum febrium, pleuritidum, aliorumque popularium affectuum, medici clynici, quodam veluti artis privilegio, impune incedant; quod non tam illorum cautela adscribendum putent, quam magnae exercitationi et animi hilaritati, dum bene nummati lares suos repetunt... Non semper tamen impune evadunt; etenim ob assiduos labores et scalarum ascensum, multos ex his herniosos factos novi. Similiter cum dysenterici fluxus vagantur, aliquando et ipsi dysenterici fiunt; quod forte ipsis evenit ob sessionem longam coram aegro ac miasma per os, vel aliam partem susceptum; quare satis caute se gerunt, qui in dysentericorum curatione stantes se expediunt, et sessionem suspectam habent.

Haud minus malam morborum segetem ex studiis suis referunt Poetae, Philologi, Theologi, scriptores omnes et ceteri litterati circa mentis officia occupati; poetae praesertim ob phantasticas ideas, quas die ac nocte in mente versant, attoniti sunt, morosi, graciles... Eos porro, qui ingenio magis praestant, ac ut ingeniorum monstra praedicantur, quasi fato quodam et fortunae malignitate e vivis sublato legimus. Io. Picus, ingeniorum phoenix, vix sextum lustrum egressus, immaturam mortem Florentiae subiit, magno reipublicae litterariae damno.

Mathematici, quibus animum a sensibus et corporis fere commercio seiunctum esse necessum est, ut res abstrusissimas et materialitate remotas contemplantur ac demonstrent, omnes fere extra se positi sunt, lenti, veterinosi atque in humanis rebus semper hospites. Partes itaque omnes, ac totum corpus necesse est, veluti situ quodam ac torpore languere, non secus ac perpetuis tenebris damnatum. Dum enim mens ad huiusmodi studia intenta est, tota lux animalis in centro conclusa est, neque ad exteriora illuminanda diffunditur...

Verum quum tanti pro Reipublicae bono intersit sapientes ac litteratos homines bene valere, zequum est ut litteratorum valetudo sarta tecta, quantum fieri possit, servetur, ac quoties a suo statu decidat, restituatur.

Studeant itaque primo ut in aere puro ac salubri degant, procul a stagnis ac paludibus ac ventis australibus; siquidem hoc pacto puriores erunt spiritus animales, intellectualium operationum potissima instrumenta.

Rusticari propterea et aura liberiore gaudere, ac vario vitae genere uti, modo ruri esse, modo in urbe ipsis salutare est, frequentiam ac solitudinem ad invicem temperando: illa enim nostri, haec hominum desiderium facit. Cavere quoque debet a validis ventorum afflatibus, Austri et Boreae, ab hyberno frigore corpus, ac praecipue caput muniendo...

Quod victum spectat, Hippocratis praeceptum pro oraculo habendum, sanitatis studium esse non repleti cibus. A satietate igitur, insuperque a ciborum varietate cavere debent, ut quae cacochyliam et turbas in ventre ciere soleant, siquidem, ut ait Horatius (*Sat. II, 2*):

cum simul assis  
Miscueris elixa, simul conchyliis turdis,  
Dulcia se in bilem vertent, stomachoque tumultum  
Lenta feret pituita.

Ventriculi ergo magna custodia habenda, ne a functionibus suis aberret, ac totum corpus plectatur.

Quoad potum, vinum ceteris potionibus praefendum; meracum laudatur, sed modicum. Scio multos e litteratis, suorum medicorum consilio, ut possint liberaliter se proluere, vina alba, tenuia in usu habere; quo pacto putant sibi licere sine noxa bibere, quantum lubeat; quod certe non adeo futurum, ut putant. Vina haec tenuia, aestate praecipue, aciditatem quamdam adsciscunt, qua nihil perniciosius, ubi luxuriet acidum... Litterarum itaque cultoribus arthritide, colica, affectione hypocondriaca vexari solitis, qui affectus ex acido morboso genesim suam ducunt, neutiquam acidorum usum, sed ea, quae illud infringant, convenire satis perspectum est.

Quoad ceterarum rerum regimen, ut sedentariae ac statariae vitae incommoda declinent, moderata corporis exercitatione quotidie erit utendum, si tamen aer purus ac serenus sit, et venti sileant; molles etiam frictiones, ad transpirationem tum servandam, tum promovendam, in usum frequentiore revocandae;

A. *Hyperbaton*

Hyperbaton is the separation of words that grammatically should be joined. Its purpose is twofold: emphasis and artistry.<sup>2</sup> The former is the original intent of hyperbaton, but the latter had the major influence in its development. The following examples illustrate the various types of hyperbaton as they appear in St. Leo.

## 1. Separation of a Noun and its Modifier

- serm. 5, 2: et *illa* universalis Ecclesiae a Domino eodem commendata dilectio etiam ex nostra dispensatione deponitur.
- ibid. 2, 2: *angelicum* nobis in tot sanctis sentio interesse *conventum*.
- ibid. 5, 5: Et ideo *quidquid* in nobis hodie sive dignatione fratrum, sive pietate filiorum detulit *officii*
- ibid. 18, 1: *Praxidia*, dilectissimi, sanctificandis mentibus nostris atque corporibus divinitus *instituta*
- ibid. 16, 1: qui nullam in agris, nullam in vineis, nullam habent in oleis portionem
- ibid. 29, 1: et *ipse* beatae Mariae *missus* a Deo *Gabriel angelus* dixerat
- ibid. 44, 1: hoc in tempore
- ibid. 76, 1: *Sanctum Spiritum* quinquagesimo post Domini resurrectionem, qui ab ascensione ejus est decimus, *infusum* Christi discipulis. . . .
- ibid. 76, 8: aliqua ex parte
- ibid. 34, 1: *vocante* nos ad hanc devotionem *ipsa* recurrentium temporum *lege*
- ibid. 62, 2: *Filium* Dei Patris omnipotentis *unicum*
- epist. ST. 5, 66: *nullum* habuerunt in Salvatore *vestigium*
- ibid. 4B, 10: ignorantia *graves* nonnumquam incidit in *lapsus*
- ibid. 70, 39: Et talium assertionum sacrilegia *concordibus* per totum mundum beatorum patrum dudum sunt damnata *sententiis*
- ibid. 52, 6: *quod talem* dignatus est rebus humanis concedere pro sua pietate *rectorem*
- ibid. 55, 75: teneat fraternitas tua *suorum* consuetudinem *decessorum*
- ibid. Schw. 60, p. 66, 10: quaecumque de causa
- ibid. 80, p. 89, 36: *Sollicitudinem* meam quam de paschali observantia habui, *sancto* clementiae vestrae *studie* pro mea petitione gratulor *absolutam*
- ibid. 113, p. 160, 10: Verbi et carnis *unam* audit pronuntiare *naturam*

## 2. Separation of a Preposition from its Object

- serm. 3, 2: in Apostolorum principe
- ibid. 9, 1: a callidissimi hostis revocaret insidiis
- ibid. 2: in ejus ascenditur regnum, in cujus transitur affectum
- ibid. 16, 4: de perversitate dogmatis sui, et de festivitatum suarum consuetudine
- ibid. 18, 1: cum dierum temporumque curriculis
- ibid. 22, 6: non tam de nativitate Christi quam de novi, ut dicunt, solis ortu
- ibid. 29, 3: in adoptantis nos misericordia gloriemur.
- ibid. 34, 2: per Judaeorum scribas atque doctores
- ibid. 96, 2: in Photini perfidia, et in Manichaei dementia, et in Apollinaris insania
- epist. ST. 5, 12: nesciens igitur quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire, nec volens ad promerendum humen intelligentiae in sanctorum scripturarum latitudine laborare
- ibid. 164: in crucis ligno
- ibid. Schw. 25, p. 26, 19: pro supra dicti sacerdotis arbitrio
- ibid. 95, p. 100, 22: et a tuae fraternitatis Deo placita caritate.

## 3. Separation of Coordinates

- serm. 6: et pauperum meminertis et vestri
- ibid. 8: Justus enim est iudex noster et verax
- ibid. 17, 2: inops de hoc mundo et egenus
- ibid. 27, 3: ingenis utatur et linguis
- ibid. 28, 4: qui per omnia et hominis personam implet et Verbi
- ibid. 30, 6: nec separationem possunt habere, nec finem
- ibid. 42, 2: a dextris se exercent et sinistris
- ibid. 46, 2: nec conceptu laedetur virginitas materna nec partu
- ibid. 34, 3: non injuria sit ipsius sed potentia
- ibid. 11, 2: *Providenter* igitur, dilectissimi, a sanctis patribus *piequo* dispositum est
- epist. ST. 5, 151: et Verbum confiteremur et Carnem
- ibid. 70, 21: et ancilla Domini esset et mater.

## 4. Separation of Participle and Auxiliary in Compound Tenses

- serm. 20, 1: quae etiam *sunt* rebus ipsis quae significabantur *impleta*
- ibid. 23, 1: quae a nobis nunquam est tacenda, licet *non sit*, ut dignum est, *explicanda*
- ibid. 27, 2: non hoc significat quod in carnem *sit* Dei natura *mutata*, sed quod a Verbo in unitatem personae *sit* caro *suscepta*
- ibid. 34, 1: Filius Dei *natus* ex virgine *est*
- ibid. 35, 1: de maiestate pueri quem *erant* in praesepe *visuri*
- epist. ST. 5, 50: Veritas autem corporis *sumpta* de corpore *est*
- ibid. 70, 147: mundus *sit* Deo *reconciliatus* in Christo

## 5. Separation of Adverb from the Word it Modifies

- serm. 31, 1: *facile* in se intuentium oculos animosque converteret
- ibid. 39, 4: et discinctus miles cito ab impudicitiae incertore vincitur, et non calcatus *facile* a serpente mordetur
- ibid. 42, 2: aut *fructuose* corpori esca subtrahitur
- ibid. 72, 4: adest nobis Christi *ubique* victoria
- ibid. 76, 8: Nihil ad istum *prorsus* de illa virtute pervenit
- ibid. 29, 2: *confestim* Dominus cecitatem illorum arguens ait:
- ibid. 34, 1: toto corde gaudere et *honorifice* ea quae ad salutem nostram gesta sunt celebrare
- ibid. 36, 1: divinae *procul dubio* gratiae splendor operatur
- epist. ST. 3, 5: *Quantum* rebus humanis consulere providentia divina dignetur
- ibid. 39, 48: per Sanctum *vere* Spiritum

## 6. Separation of an Infinitive and its Accusative Subject by Placing the Finite Verb Between Them

- serm. 10, 2: Haec virtus omnes facit utiles esse virtutes
- ibid. 16, 4: electos et electas jussimus praesentari
- ibid. 26, 3: illum novit offendi
- epist. ST. 2, 16: se asserat obtulisse
- ibid. 4, 17: de matre virgine hominem solum asserit natum
- ibid. 13, 17: vos convenit contraire
- ibid. 52, 45: Epistolam quoque ad christianissimum principem noveris me misisse

## 7. Separation of an Antecedent and its Adjective Modifier by the Clause which Contains the Relative

- serm. 21, 3: quem metuit nescit infantem
- ibid. 33, 3: utitur paginis quarum non credit eloquiis
- ibid. 74, 4: Jesus Christus in eadem qua ascenderat carne
- ibid. 5: ut per hanc, qua ad nos Christus descendit, dilectionis viam
- ibid. 34, 4: isti, de quibus loquimur, adversarii
- ibid. 87, 3: nisi se eleemosynarum, qua possunt, erogatione sanctificent
- ibid. 64, 4: ad expositionem hujus quam praedicamus fidei
- epist. ST. 19, 26: etiam hunc qui nunc repullulat abscedit errorem
- ibid. 23, 55: ea qua debetis gratia foventis
- ibid. 25, 24: hanc quam desiderant communionem
- ibid. 26, 40: in omnibus quae nequiter gesta sunt emendandis
- ibid. 72, 47: cum ea quam elegerunt perversitate

## 8. Combinations of Any Two or More of the Preceding Types

- serm. 3, 4: placens in conspectu Dei atque pretiosus, nec solum vobis, sed etiam mihi apud Dei misericordiam profuturus
- ibid. 8: quae apostolicis sunt traditionibus instituta
- ibid. 27, 2: ut qui erat intemporaliter de essentia Patris genitus, ipse sit temporaliter de utero virginis natus
- ibid. 46, 1: ab impiis est sensibus abstinendum
- ibid. 54, 5: ubi erat cordis facienda correctio
- ibid. 76, 7: cum iam abundantissime ipsorum sint confessione patefacta
- ibid. 23, 1: hunc sibi diem, quo in salutem mundi ex beata Virgine Maria nasceretur, eligit, integro per omnia pudore generantis
- ibid. 24, 4: praeter omnia diabolici probra commenti
- ibid. 26, 5: qui ante passionis diem voluntaria dispositione praedictum, discipulos suos hac praecipue doctrina informavit
- ibid. 38, 3: cum in singulorum fidelium profectibus divinarum elucet custodia mandatorum
- ibid. 9, 3: Ad horum ergo operum, dilectissimi, piam curam dies nos Apostolicae institutionis invitat, in quo sanctorum collationum prima collectio est prudenter a patribus et utiliter ordinata.
- epist. ST. 5, 165: Et aperto per militis lanceam latere crucifixi intelligat unde sanguis et aqua fluxerit.
- ibid. 70, 150: Non ergo quisquam sibi crubescendum aestimet Christianus de nostri in Christo corporis veritate
- ibid. 13, 22: in ipsius fidei qua Christiani sumus excidia processerunt
- ibid. 22, 9: pro fidei nos faciant integritate securos
- ibid. 27, 29: unam in Dei Filio post incarnationis sacramentum adfirmare naturam

PHAEDRIA PARMENO

*PH.* Fac, ita ut iussi, deducantur isti. *PA.* faciam. *PH.*  
at diligenter.  
*PA.* fiet. *PH.* at mature. *PA.* fiet. *PH.* satine hoc  
mandatumst tibi? *PA.* ah  
rogitare, quasi difficile sit!  
utinam tam aliquid invenire facile possis, Phaedria,  
quam hoc peribit. *PH.* ego quoque una pereo, quod mist  
carius;  
ne Istuc tam iniquo patiare animo. *PA.* minime: qui  
effectum dabo.  
sed numquid aliud imperas?  
*PH.* munu' nostrum ornato verbis, quod poteris, et Istum  
aemulum,  
quod poteris, ab ea pellito.  
*PA.* memini, tam etsi nullu' moneas. *PH.* ego rus ibo  
atque ibi manebo.  
*PA.* censeo. *PH.* sed heus tu. *PA.* quid vis? *PH.*  
censen posse me obfirmare et  
perpeti ne redeam interea? *PA.* tene? non hercle arbitror;  
nam aut iam revertere aut mox noctu te adiget hor-  
sum insomnia.  
*PH.* opu' faciam, ut defetiger usque, ingratius ut dormiam.  
*PA.* vigilabi' lassus: hoc plus facies. *PH.* abi, nil  
dicis, Parmeno.  
eiciunda hercle haec est mollities animi; nimi' me in-  
dulgeo.  
tandem non ego Illam caream, si sit opu', vel totum tri-  
duom? *PA.* hui  
univorsum triduom? vide quid agas. *PH.* stat sententia.—  
*PA.* di boni, quid hoc morbis? adeo homines inmutarier  
ex amore ut non cognoscas eundem esse! hoc nemo fuit  
minus ineptu', mage severu' quisquam nec mage continens.  
sed quis hic est qui huc pergit? attat hi(c)quidem est parasi-  
tus Gnatho  
militis: ducit secum una virginem dono huic. papae  
facie honesta! mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo  
cum meo decrepito hoc eunucho. haec superat ipsam  
Thaidem.

GNATHO PARMENO

*GN.* DI Inmortales, homini homo quid praestat? stulto  
intellegens  
quid Inter est? hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:  
conveni hodie adveniens quendam mei loci hinc atque  
ordinis,  
hominem haud impurum, itidem patria qui abligurrierat bona:  
video sentum squalidum aegrum, pannis annisque obsitum.  
"ob  
quid Istuc" inquam "ornatist?" "quoniam miser quod  
habui perdidit, em  
quo redactu' sum. omnes noti me atque amici deserunt."  
hic ego illum contempsi prae me: "quid homo" inquam  
"ignavissime?  
itan parasti te ut spes nulla relicua in te siet tibi?  
simul consilium cum re amisti? videm me ex eodem ortum  
loco?  
qui color nitor vestitu', quae habitudost corporis!  
omnia habeo neque quicquam habeo; nil quom est, nil defit  
tamen."  
"at ego infelix neque ridiculus esse neque plagas pati  
possum." "quid? tu his rebu' credi' fieri? tota erras via.  
olim isti fuit generi quondam quaestus apud saeculum prius:  
hoc novomst aucupium; ego adeo hanc primus inveni viam.  
est genus hominum qui esse primos se omnium rerum volunt  
nec sunt: hos consector; hisce ego non paro me ut rideant,  
sed eis ultro adrideo et eorum ingenia admiror simul.  
quidquid dicunt laudo; id rursus si negant, laudo id quo-  
que;  
negat quis: nego; ait: aio; postremo imperavi egomet mihi  
omnia adsentari. is quaestu' nunc est multo uberrimus."  
*PA.* scitum hercle hominem! hic homines prorsus ex stultis  
insanos facit.

*GN.* dum haec loquimur, interealoci ad macellum ubi  
advenimus,  
concurrunt laeti mi obviam cuppedenarii omnes,  
cetarii lanii coqui fartores piscatores,  
quibus et re salva et perdita profueram et prosum saepe:  
salutant, ad cenam vocant, adventum gratulantur.  
ille ubi miser famelicus videt mi esse tantum honorem et  
tam facile victum quaerere, ibi homo coepit me obsecrare  
ut sibi liceret discere id de me: sectari iussi,  
si potis est, tamquam philosophorum habent disciplinae ex  
ipsis  
vocabula, parasi ita ut Gnathonici vocentur.  
*PA.* videm otium et cibi' quid facit alienu'? *GN.* sed ego  
cesso.  
ad Thaidem hanc deducere et rogare ad cenam ut veniat?  
sed Parmenonem ante ostium Thaini' tristem video,  
rivali' servom: salva res[es]t. nimirum hic homines frigent.  
nebulonem hunc certumst ludere. *PA.* hisce hoc munere  
arbitrantur  
suam Thaidem esse. *GN.* plurima salute Parmenonem  
summum suom inperit Gnatho. quid agitur? *PA.* statur.  
*GN.* video.  
num quid nam hic quod nolis vides? *PA.* te. *GN.* credo;  
at numquid aliud?  
*PA.* qui dum? *GN.* quia tristi's. *PA.* nil quidem. *GN.*  
ne sis; sed quid videtur  
hoc tibi mancupium? *PA.* non malum hercle. *GN.* uro  
hominem. *PA.* ut falsus animist!  
*GN.* quam hoc munu' gratum Thaidi arbitrare esse? *PA.*  
hoc nunc dicis  
eiectos hinc nos: omnium rerum, heus, vicissitudost.  
*GN.* sex ego te totos, Parmeno, hos mensis quietum reddam  
ne sursum deorsum cursites neve usque ad lucem vigiles.  
ecquid beo te? *PA.* men? papae. *GN.* sic soleo amicos.  
*PA.* laudo.  
*GN.* detineo te: fortasse tu profectus alio fueras.  
*PA.* nusquam. *GN.* tum tu igitur paullulum da mi operae:  
fac ut admittar  
ad Illam. *PA.* age modo, i: nunc tibi patent fores hae  
quia Istam ducis.  
*GN.* numquem evocari hinc vis foras? *PA.* sine biduom  
hoc praetereat:  
qui mihi nunc uno digitulo foras aperis fortunatus,  
ne tu Istas faxo calcibus saepe insultabi' frustra.  
*GN.* etiamnunc tu hic stas, Parmeno? eho numnam hic  
relictu's custos,  
nequis forte internuntius clam a milite ad Istam curset?  
*PA.* facete dictum: mira vero militi qui placeat?—  
sed video erilem filium minorem huc advenire.  
miror quid ex Piraeo abierit; nam ibi custos publice est  
nunc.  
non temere est; et properans venit: nescioquid circum-  
spectat.

CHARRA PARMENO

*CH.* Occidi!  
neque virgost usquam neque ego, qui illam e conspectu  
amisi meo.  
ubi quaeram, ubi investigem, quem perconter, quam Insistam  
viam  
incertu' sum. una haec spes est: ubi ubi est, diu celari  
non potest.  
o faciem pulchram! deleo omnis de(h)inc ex animo mulieres:  
taedet cotidianarum harum formarum. *PA.* ecce autem  
alterum!

nescioquid de amore loquitur: o Infortunatum senem!  
hic vero est qui si occeperit,  
ludum iocumque dices fuisse illum alterum,  
praet huius rabies quae dabit.

*CH.* ut illum di deaque senium perdant qui me hodie  
remoratus est;  
meque adeo qui ei restiterim; tum autem qui illum flocci  
fecerim.  
sed ecce Parmenonem. salve. *PA.* quid tu's tristi'?  
quidve's alacris?



FOSTERIANA DOCENDI VIA

*Haec lectoribus praecepta ipsa ac principia sunt tradendi sermonis Latini — copiosissimo quidem ludorum usu acerrimoque discipulorum arbitrato comprobata quae egomet octo iam annos adhibeo ac praesertim hos proximos quattuor veluti docens apud « Scholam Superiorem Litterarum Latinarum, Pontificiae Universitatis Gregoriana » in Urbe, ubi in praesentia experiuntur eandem rationem ad centum sexaginta alumni alumnaeque universis ex gentibus et populis terrae.*

Proficiscendum est ab ipsa LINGUA Latina.  
Ludendum est cum ipsa LINGUA Latina.  
Redeundum est ad ipsam LINGUAM Latinam.  
Tractanda est ipsa LINGUA Latina.

Oportet tradi tantum PAUCISSIMA elementa NECESSARIA linguae Latinae.  
Oportet disci PAUCISSIMAS rationes et vias NECESSARIAS linguae Latinae.  
Oportet insisti FUNDAMENTALIBUS ac PRINCIPALIBUS modis formulis figuris linguae Latinae.

Necesse est omittantur SUBTILITATES sicque dictae regularum EXCEPTIONES.  
Necesse est praetermittantur DISPUTATIONES philologicae et philosophicae.  
Necesse est taceantur PARADIGMATA declinationum coniugationum.  
Necesse est fugiantur TECHNICAEC voces appellationes definitiones grammaticae.

Curari debet ut REPETITIO adsidua tradat sensum usum dominatum linguae.  
Curari debet ut SCRIBENDO DICENDO AUDIENDO certissima cognitio comparetur.

Curari debet ut RATIOCINANDO et COGITANDO discipuli sese ipsos doceant.  
Curari debet ut LINGUA LATINA transeat in verum humanum sermonem discipulis.

Statim emendandi sunt cum lenissima PATENTIA omnes linguae ERRORES.  
Semper laudandi sunt cum STUDIO omnes CONATUS EFFECTUS FRUCTUS discipulorum.  
Usque adiuvandi sunt INTRA et EXTRA scholam discipuli sine ulla dubitatione.  
Constanter portandi sunt discipuli ad AMOREM et AESTIMATIONEM linguae Latinae.

Oportet quaque in schola PRAEBEATUR lingua Latina omnibus in partibus TOTA.  
Oportet quaque in schola VIDEATUR litterarum Latinarum historia MILLENARIA.  
Oportet quaque in schola FOVEATUR discipulorum familiaritas cum Latinitatis auctoribus CUNCTIS.

Necesse est MAGISTER semper minimis progressibus discipulorum sit CONTENTUS.  
Necesse est MAGISTER semper in terris CONSISTAT et omnia humanitus GERAT.  
Necesse est MAGISTER semper laetetur gratuletur de modicis partibus suis.

REGINALDUS THOMAS FOSTER

IN RATIONE DOCENDI ALIA IMPROBANTVR APPROBANTVR ALIA.

A) HAEC IMPROBANTVR:	B) HAEC APPROBANTVR:
CITATIONES LECTIOESQUE TRAVES DISTORUM	- COLLOCUTIONES BERMOTIONESQUE HUMANAE AMICORUM
IMPATIO SPISSORUM VOLUMINUM ET EROSORUM	- PERCURSIO LIBELLORUM LEVIUM ET PAGELLARUM
INSTITUTI MATERIAE FINES ET ORDO FESTINATIO AD EXTREMUM	- LIBERRIMA ET MUTABILIS RERUM DISPOSI- TIO ATQUE IMITATIO IPSIUS NATURAE
STATIO ERUDITIONIS ET ARROGANTIA RECEPTORIS	- BENIGNITAS MAGISTRI DEMISSIOQUE ANIMI ET CONSENSIO CUM DISCIPULIS
ILLEGENTIA AC LENTITUDO IN SENTENTIS	- PERPETUA ALACRITAS AC STUDIUM VERE ADIUVANDI ET SUSTENTANDI IN EIS
USUS SERVSVE LINGVAE LATINAE USUS SCHOLA	- CONTINUA NATURAQUE BERMONIS IPSIUS FREQUENTATIO IN DOCTORE ET ADUMNIS
STATORUM MOS PATIENDI TANTUM ET TISCENDI IN LUGIB	- CONSUETUDO AGENDI ET RESPONDENDI ET ELOQUENDI
INERTIES ATQUE INERTIA DISCIPULORUM	- PROVOCATIO ATQUE INCITATIO ADULESCENTIUM
INCIPIUM ET FINIS INSTITUTIONIS RA SCHOLAM	- MULTIPLICIOTA INCEPTA - CONGRESSIONES, GESTATIONES, EXERCITATIONES EXTRA SCHOLAM
FACILES SCRIPTORES ET OBSCURI TAE	- PERVERII AUCTORES FABULARUM, SENTENTIARUM, EPIGRAMMATUM DESCRIPTIONUM VERSICOLORUM
SI LOCI INNUMERIQUE VERSUS	- PERBREVES QUBSTATUS VARIORUM LINGVAE GENERUM
PORTAE ORATIONES TECTAEQUE NARRA- TIVES IN LITTERIS ET CARMINIBUS	- FACILES EPISTULAE ROMANORUM, IOCA, PROVERBIA, FAETA DICTA, NARRATIUNCULAE
INTERPRETATIONES VERNACULAE EQUE EXPLICATIONES	- INTELLEGTENTIA LINGVAE EX LINGVAE USU CUM MINIMA DIFFICULTATE
IN LITTERARUM MONUMENTORUM EMPLATIO ET INANINA PERVESTI-	- VIVA LITTERARUM FAMILIARITAS ET ADIBI EARUM AESTIMATIO

IN REBUS TRADITIS ALIA IMPROBANTVR APPROBANTVR ALIA.

A) HAEC IMPROBANTVR:	B) HAEC APPROBANTVR:
STIGATIO VERBORUM RADICUM ET	- ACCEPTIO ET AGNITIO VOCABULORUM IN-

- COMMEMORATIO FORMARUM RARIORUM	- REPETITIO ET SCIENTIA COMMUNIORUM MODORUM
- PRAECEPTA RATIONESQUE GENERIS VOCUM	- CLARA GENERIS SIGNIFICATIO ADJECTIVO USURPATIO
- DECLINATIONES FIXAE SUBSTANTIVORUM ET NOMINA CASUUM	- COMPREHENSIO CASUUM ATQUE EXITUUM EX SENTENTIIS ET USU ET IMAGINIBUS
- CONIUGATIONES PLENAE VERBORUM MEMORIAE COMMISSAE	- PRAECIPUA TEMPORA PERSONAE VOCES EX ENUNTIATIS ET EXEMPLIS ET FIGURIS
- TRACTATIO GRAMMATICAE REGULARUM RERUMQUE APPELLATIONIS	- DECLARATIO ET PROPOSITIO IPSIUS LIN- GVAE IN VITA EIUS ET FORMA CONCRETA
- DISPUTATIO DE NORMARUM USUUMQUE EXCEPTIONIBUS	- NOTATIO ET ANIMADVERSIO IPSIUS NATURAE ATQUE MOBILITATIS BERMONIS
- INSTITUTA ARTE CONFECTA DE LATINAE SENTENTIAE STRUCTURA	- DEMONSTRATIO INFINITAE VARIETATIS IN VERBORUM LATINORUM CONFORMATIONE
- EXPLICATIONES FIGURARUM ET TECHNICAEC RERUM DEFINITIONES	- RES IPSAE ET MODI LINGVAE EX EXEMPLIS SINE DOCTIS DESCRIPTIONIBUS
- INDICES VOCABULORUM DISIUNCTORUM MEMORIAE COMMITTENDI	- LENTUM THESAURI VERBORUM AUGMENTUM PER VOCABULA IDEM DECLARANTIA

IV. IN ARGUMENTIS TRACTATIS ALIA IMPROBANTVR APPROBANTVR ALIA.

A) HAEC IMPROBANTVR:	B) HAEC APPROBANTVR:
- LITTERAE IPSA VITA TEMPORIS HUIUS ALIENAE	- STUDIO PROXIME AD MODICUM ORBEM = AMOREM ODIUM, VIRTUTES VITIA, HUMANI- TATEM PERENNEM SPECTANTIA
- LINGUA A REBUS COTIDIANIS ABSTRACTA	- VERBA HOMINUM ACTIONI MOOIE RESPONDENTIA
- SERMO AD USU EIUS NATURALI SEIUNCTUS	- LINGUA SPONTE AEQUATA CUM VERNACULIS BERMONIBUS
- LOCUTIONES ET VOCES INEPTAE	- SENTENTIAE COMMUNES PERENNES RECENTES
- HISTORIA DEORUM DEARUMQUE FABULARIS	- NARRATIONES EX VERA HOMINUM VITA
- FABELLAE AB IPSIS MAGISTRIS CONFICTAE	- DESCRIPTIONES ET LOGI EX BERMANIS LATINITATIS MONUMENTIS DEPRONPTI
- INOBILES ET MOLESTAE RERUM MINUTIAE	- UNIVERSALES AC PRINCIPALES ANTIQUI- TATIS COGITATIONES ET DOCTRINAE
- CONTROVERSIAE ET DISSENSIONES DOCTORUM	- RES PERPIQUAE ET DEFINITAE ATQUE ADITU FACILES
- OPINATIONES VAGVAE SINGULORUM SEORUM PRAECEPTORUM	- SOLIDAE DOCTRINAE PLURIMORUM ERUDI- TORUM COMMUNES USUQUE RECEPTAE
- QUAE LIBET FUTTILIA ET VANA ARGUMENTA	- LINGUA IPSA LATINA, LITTERAE IPSAE ROMANAE, HUMANITAS ET SAPIENTIA IPSA

- 53 <sup>1</sup> « Quis credidit auribus nostris,  
et brachium Domini cui revelatum est?  
<sup>2</sup> Et ascendit sicut virgulum coram eo  
et sicut radix de terra sitiendi.  
Non erat species ei neque decor, ut aspiceremus eum,  
et non erat aspectus, ut desideraremus eum.  
<sup>3</sup> Despectus erat et novissimus virorum,  
vir dolorum et sciens infirmitatem,  
et quasi abscondebamus vulnere coram eo;  
despectus, unde nec reputabamus eum.  
<sup>4</sup> Vere languores nostros ipse tulit  
et dolores nostros ipse portavit;  
et nos putavimus eum quasi plagatum,  
percussum a Deo et humiliatum.  
<sup>5</sup> Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras,  
attritus est propter scelera nostra;  
disciplina pacis nostrae super eum,  
et livore eius sanati sumus.  
<sup>6</sup> Omnes nos quasi oves erravimus,  
unusquisque in viam suam declinavit;  
et posuit Dominus in eo  
iniquitatem omnium nostrorum ».  
<sup>7</sup> Afflictus est et ipse subiecit se  
et non aperuit os suum;  
sicut agnus, qui ad occisionem ducitur,  
et quasi ovis, quae coram tondentibus se obmutuit  
et non aperuit os suum.  
<sup>8</sup> Angustia et iudicio sublatus est.  
De generatione eius quis curabit?  
Quia abscissus est de terra viventium;  
propter scelus populi mei percussus est ad mortem.  
<sup>9</sup> Et posuerunt sepulcrum eius cum impiis,  
cum divitibus tumulum eius,  
eo quod iniquitatem non fecerit,  
neque dolus fuerit in ore eius.  
<sup>10</sup> Et Dominus voluit contere eum infirmitate.  
Si posuerit in piculum animam suam,  
videbit semen longævum,  
et voluntas Domini in manu eius prosperabitur.  
<sup>11</sup> Propter laborem animae eius  
videbit lucem, saturabitur in scientia sua.  
Iustificabit iustus servus meus multos  
et iniquitates eorum ipse portabit.  
<sup>12</sup> Ideo despertiam ei multos,  
et cum fortibus dividet spolia,  
pro eo quod tradidit in mortem animam suam  
et cum sceleratis reputatus est;  
et ipse peccatorum multorum tulit  
et pro transgressoribus rogat.
- 54 <sup>1</sup> Exulta, sterilis, quae non peperisti,  
laetare, gaude, quae non parturisti,  
quoniam multi sunt filii desertae  
magis quam filii nuptae, dicit Dominus.  
<sup>2</sup> Dilata locum tentorii tui  
et pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas;  
longos fac funiculos tuos  
et clavos tuos consolida.  
<sup>3</sup> Ad dexteram enim et ad laevam penetrabis,  
et semen tuum hereditabit gentes,  
quae civitates desertas inhabitabunt.  
<sup>4</sup> Noli timere, quia non confunderis,  
neque erubescas, quia non te pudebit;  
nam confusionis adolescentiae tuae oblivisceris  
et opprobrii viduitatis tuae non recordaberis amplius.  
<sup>5</sup> Qui enim fecit te, erit sponsus tuus,  
Dominus exercituum nomen eius;  
et redemptor tuus Sanctus Israel,  
Deus omnis terrae vocabitur.  
<sup>6</sup> Quia ut mulierem derelictam et maerentem spiritu  
vocavit te Dominus,  
et uxorem ab adolescentia abiectam  
dixit Deus tuus.  
<sup>7</sup> Ad punctum in modico dereliqui te  
et in miserationibus magnis congregabo te.  
<sup>8</sup> In momento indignationis  
abscondi faciem meam parumper a te  
et in misericordia sempiterna misertus sum tui,  
dixit redemptor tuus Dominus.  
<sup>9</sup> Sicut in diebus Noe istud mihi est,  
cui iuravi, ne inducerem aquas Noe ultra supra terram;  
sic iuravi, ut non irascar tibi  
et non increpem te.  
<sup>10</sup> Montes enim recedent,  
et colles movebuntur,  
misericordia autem mea non recedet a te,  
et foedus pacis meae non movebitur,  
dixit miserator tuus Dominus.  
<sup>11</sup> Paupercula, tempestate convulsa absque ulla consolatione,  
ecce ego sternam super carbunculos lapides tuos  
et fundabo te in sapphiris;  
<sup>12</sup> et ponam iaspidem propugnacula tua  
et portas tuas in lapides pretiosos  
et omnes terminos tuos in lapides desiderabiles.  
<sup>13</sup> Universi filii tui erunt discipuli Domini,  
et magna erit pax filiis tuis;
- <sup>14</sup> in iustitia fundaberis.  
Procul eris ab oppressione, quia non timebis,  
et a pavore, quia non appropinquabit tibi.  
<sup>15</sup> Ecce, si impetus fiet, non erit ex me;  
qui impetum fecerit in te, cadet contra te.  
<sup>16</sup> Ecce, ego creavi fabrum  
sufflantem in igne prunas  
et proferentem vas in opus suum;  
et ego creavi etiam vastatorem ad disperdendum.  
<sup>17</sup> Omne vas, quod fictum est contra te, frustra erit.  
Et omnem linguam insurgentem tibi in iudicio confutabis:  
haec est hereditas servorum Domini  
et iustitia eorum ex me, dicit Dominus.
- 55 <sup>1</sup> Heu! Omnes sitiientes, venite ad aquas;  
et, qui non habetis argentum, properate,  
emite et comedite, venite, emite absque argento  
et absque ulla commutatione vinum et lac.  
<sup>2</sup> Quare appenditis argentum non in panibus  
et laborem vestrum non in saturitate?  
Audite, audientes me, et comedite bonum,  
ut delectetur in crassitudine anima vestra.  
<sup>3</sup> Inclinate aurem vestram et venite ad me;  
audite, ut vivat anima vestra,  
et feriam vobiscum pacrum sempiternum,  
misericordias David fideles.  
<sup>4</sup> Ecce testem populis dedi eum,  
ducem ac praeceptorem gentibus.  
<sup>5</sup> Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis,  
et gentes, quae te non cognoverunt, ad te current,  
propter Dominum Deum tuum  
et Sanctum Israel, quia glorificavit te.  
<sup>6</sup> Quaeite Dominum, dum inventi potest;  
invocate eum, dum prope est.  
<sup>7</sup> Derelinquat impius viam suam,  
et vir iniquus cogitationes suas;  
et revertatur ad Dominum, et miserebitur eius,  
et ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendum.  
<sup>8</sup> Non enim cogitationes meae cogitationes vestrae,  
neque viae vestrae viae meae, dicit Dominus.  
<sup>9</sup> Quia sicut exaltantur caeli a terra,  
sic exaltatae sunt viae meae a vis vestris  
et cogitationes meae a cogitationibus vestris.  
<sup>10</sup> Et quomodo descendit imber et nix de caelo  
et illuc ultra non revertitur,  
sed inebriat terram et infundit eam  
et germinare eam facit  
et dat semen serenti et panem comedenti,  
<sup>11</sup> sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo:  
non revertetur ad me vacuum,  
sed faciet, quaecumque volui,  
et prosperabitur in his, ad quae misi illud.  
<sup>12</sup> Quia in laetitia egrediemini  
et in pace deducemini;  
montes et colles cantabunt coram vobis laudem,  
et omnia ligna regionis plaudent manu.  
<sup>13</sup> Pro vepribus ascendet cupressus,  
et pro urtica crescat myrtus;  
et erit Domino in gloriam,  
in signum aeternum, quod non auferetur.
- 56 <sup>1</sup> Haec dicit Dominus:  
« Custodite iudicium et facite iustitiam,  
quia iuxta est salus mea, ut veniat,  
et iustitia mea, ut reveletur ».  
<sup>2</sup> Beatus vir, qui facit hoc,  
et filius hominis, qui apprehendit istud,  
custodiens sabbatum, ne polluat illud,  
custodiens manum suam, ne faciat omne malum.  
<sup>3</sup> Et non dicat filius advenae, qui adhaeret Domino,  
dicens: « Separatione dividet me Dominus a populo suo ».  
Et non dicat eunuchus:  
« Ecce, ego lignum aridum ».  
<sup>4</sup> Quia haec dicit Dominus eunuchis:  
« Qui custodierint sabbata mea  
et elegerint, quae ego volui,  
et tenuerint foedus meum,  
<sup>5</sup> dabo eis in domo mea et in muris meis  
locum et nomen melius a filiis et filiabus:  
nomen sempiternum dabo eis,  
quod non peribit.  
<sup>6</sup> Et filios advenae, qui adhaerent Domino,  
ut colant eum,  
ut diligant nomen Domini,  
ut sint ei in servos,  
omnes custodientes sabbatum, ne polluant illud,  
et tenentes foedus meum,  
<sup>7</sup> adducam eos in montem sanctum meum  
et laetificabo eos in domo orationis meae:  
holocausta eorum et victimae eorum  
placebunt mihi super altari meo,  
quia domus mea domus orationis  
vocabitur cunctis populis ».

## T

tabescas!: MART. 12,39,4; CIL 4,75 (cfr GEORGES)  
 tabula picta: = AVG. conf. 1,16,26  
 tace ac bono animo es!: PLAVT. Rud. 680  
 tace parumper!: PLAVT. Amph. 357; Cas. 350  
 tace sodes!: TER. Haut. 580; PLAVT. Rud. 1399  
 tace tu!: PLAVT. Amph. 743  
 tace!: TER. Eun. 797; Hec. 314  
 tace, inquit, ante hoc novi, quam tu natus es.: PHAEDR. 5,9,4  
 tace, Lucretia, inquit, Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emiseris vocem.: LIV. 1,58,2  
 tace, obsecro, tace!: AVG. soliloq. 1,26,1  
 tace, tace!: PLAVT. Pers. 591  
 taceant omnes doctores; sileant universae creaturae in conspectu tuo.: THOM. A KEMP. imit. 1,3,13  
 tacen annon?: TER. Haut. 580; PLAVT. Rud. 1399  
 tacente me: PLIN. epist. 9,2,5  
 taceo hercle quidem.: PLAVT. Curc. 156  
 taceo.: PLAVT. Most. 496  
 tacere liceat.: SEN. Oed. 523  
 tacere multis discitur vitae malis.: SEN. Thy. 319  
 tacere numquam, saepe paenituit loqui. (PVBLIL. sent. 85,182)  
 tacete, favete et praebete vos curacioni!: SEN. epist. 52,10 (Schweigt, seid aufgeschlossen und un-  
 terzieht euch der Behandlung?)  
 tacete, quaeso, Quirites, inquit; plus enim ego quam vos, quid rei publicae expediat, intellego.: VAL.  
 MAX. 3,7,3  
 tacita maiestas: = MACR. Sat. 5,13,40 (cfr J.J. WINCKELMANN: „edle Einfalt und stille Größe“; →  
 acriter enim in Homerum oculos intendit ...)  
 Tacite Auguste, deus te servet!: HIST. AVG. VOPISC. Tac. 4,2  
 Tacite Auguste, di te servent!: HIST. AVG. VOPISC. Tac. 5,2  
 tacitis noctibus: = OV. fast. 4,651 s. (→ ille dabat tacitis ...)  
 tacitis tenebris: = SEN. Med. 114 (tacitis eat illa tenebris); → tenebris; → in tenebris  
 tacitisque senescimus annis: OV. fast. 6,771; → iam veniet tacito ...  
 tacito corde: PHAEDR. 4 prol. 3  
 tacito pectore: OV. ars 1,110; = her. 13,89  
 taciturnitas multo homini pro sapientia est.: PVBLIL. sent. T 2  
 tacitus citius audies.: TER. Eun. 571  
 Tacitus es an Plinius?: PLIN. epist. 9,23,2  
 tacitus loquitur: = CIC. Catil. 1,18 (patria tacita loquitur)  
 tacitus pasci si posset corvus, haberet / plus dapis et rixae multo minus invidiaeque.: HOR. epist.  
 1,17,50 s.  
 tactus etiam ille, qui hanc urbem condidit, Romulus: CIC. Catil. 3,19 [scil. fulmine tactus est]  
 tactusque loci natalis amore: OV. met. 8,184  
 taedet iam audire eadem miliens.: TER. Phorm. 486  
 taedet me saepe multa legere et audire; in te est totum, quod volo et desidero. / taceant omnes docto-  
 res; sileant universae creaturae in conspectu tuo; tu mihi loquere solus.: THOM. A KEMP. imit.  
 1,3,12 s. (cfr 3,43,5)  
 taedet omnino eos vitae. CIC. Att. 5,16,3  
 taedio esse: = SEN. epist. 78,25 (nec vita taedio erit nec mors timori)  
 taedio investigandae penitus veritatis: MIN. FEL. 5,3  
 taedium vitae: = SEN. epist. 24,22 (→ ridiculum est currere ad mortem taedio vitae)  
 taedium et displicentia sui: SEN. dial. 9,2,10  
 taedium vitae capere: = GELL. 6(7),18,11 (ut t.v. ceperint necemque sibi consciverint)  
 taeterrima voce: PETRON. 35,6  
 tale monstrum: CIC. Cael. 12 (→ neque ego umquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto)  
 tale quiddam facias; si a prima te rei publicae parte fortuna summovertit, stes tamen et clamore iu-  
 ves, et, si quis fauces oppresserit, stes tamen et silentio iuves.: SEN. dial. 9,4,6  
 talem habuit exitum vitae: NEP. Eum. 13,1  
 tales versus facio, quale vinum bibo.: ARCHIPOETA 4,14 (5,13)  
 tali cohortatione militum facta: NEP. Hann. 11,1  
 tali modo vastatis regionibus: CAES. Gall. 6,44,1  
 tali ut in luto haeream: PLAVT. Pers. 535  
 talia agentem atque meditantem mors praevenit.: SVET. Iul. 44,4  
 talia voce refert: VERG. Aen. 1,94; 1,208  
 talibus attonitus visis: VERG. Aen. 3,172  
 talibus dictis: APVL. met. 6,32,3 (nach diesen Worten)  
 talis est aer: SEN. nat. 3,21,1  
 talis hominibus fuit oratio, qualis vita.: SEN. epist. 114,1  
 talis oratio Furii et Aemilii fuit. Manlium in hunc maxime modum respondisse accipi: ...: LIV.  
 38,47,1  
 talis oratio Furii et Aemilii fuit.: LIV. 38,47,1  
 talium locutionum copia: GELL. 1,7,18  
 talos a vertice ad imos: cfr HOR. epist. 2,2,4 (vom Scheitel bis zur Sohle)  
 tam accurate tamque diligenter: CIC. fin. 2,101  
 tam audaciter: CIC. Cato 72 (→ hoc illud est, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est ...)  
 tam bene pro merito commoda mille precor.: OV. Pont. 2,3,96  
 tam brevem, tam optatam, tam insperatam occasionem: = TER. Eun. 605 (→ an ego occasionem / mi  
 ostentam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam / amitterem?)  
 tam brevi tempore: CIC. Manil. 33  
 tam brevis: CIC. Att. 9,13a,1 (→ brevitate epistulae scire poteris eum valde esse distentum, qui  
 tanta de re tam breviter scripserit); NEP. Att. 18,6  
 tam cito: CIC. Tusc. 2,14 (→ me pudet tam cito de sententia esse deiectum); SEN. dial. 1,6,9 (→  
 ecquid erubescitis? quod tam cito fit, timetis diu!)  
 tam clarum extollere lumen: LVCR. 3,1 (→ e tenebris tantis tam clarum extollere lumen)  
 tam de se iudex iudicat quam de reo.: PVBLIL. sent. T 7  
 tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet.: PVBLIL. sent. T 3  
 tam densa caligo occaecaverat diem, ut neque signiferi viam nec signa milites cererent: LIV. 33,7,2  
 tam diligenter quam libenter: PLIN. epist. 3,15,2 (→ faciam ergo, quod desideras, tam diligenter quam  
 libenter)  
 tam dilucide tamque apte demonstrare: = GELL. 11,16,1  
 tam diu ... quoad: CIC. off. 1,2  
 tam diurnam laetitiam: CIC. Mil. 77 (→ multas tamen iam summorum imperatorum clarissimas  
 victorias aetas nostra vidit, quarum nulla neque tam diurnam laetitiam attulit nec tantam)

tam magno orbe: SEN. dial. 12,7,5 (→ cotidie aliquid in tam magno orbe mutatur)  
 tam malum: PLIN. epist. 3,5,10 (→ dicere enim solebat nullum esse librum tam malum, ut non alii  
 qua parte prodesset)

tam mane: TER. Haut. 67; 519; CIC. rep. 1,14 (quid tu tam mane, Tubero?); HIST. Apoll. 18; → bene  
 mane; → multo mane; → plane mane, → primo mane

tam miser est quisque, quam crediti: SEN. epist. 78,14  
 tam multa alia: CIC. Tusc. 1,22

tam multa bene dicta: SEN. epist. 8,8 (→ potest fieri, ut me interroges, quare ab Epicuro tam multa  
 bene dicta referam potius quam nostrorum.)

tam multa non capit: SEN. epist. 88,41 (→ metire aetatem tuam; tam multa non capit)  
 tam multa: CIC. or. 140 (de artificio dicendi litteris tam multa mandare); Cato 44; nat. 3,8; Paneg.  
 XI,15,1 (→ admonet me et temporis et loci ratio ..., quamquam de felicitate vestra tam pauca di-  
 xerim et tam multa restent)

tam multam operam ponere in alga re: = CIC. fin. 1,1,1  
 tam multis verbis: CIC. fam. 5,12,9

tam multos quis enim fuisse credit natalis Priami Nestorisve? MART. 8,64,14  
 tam novae rei ac subitae admiratio: LIV. 2,2,8 (→ consuli primo tam novae rei ac subitae admiratio  
 incluserat vocem)

tam parvi pendere: = PLAVT. Rud. 650 (qui deos tam parvi pendit)  
 tam pauca dicere: = Paneg. XI,15,1 (→ admonet me et temporis et loci ratio ..., ut finem dicendi  
 faciam, quamquam de felicitate vestra tam pauca dixerim ...)

tam pauca genera causerum: = CIC. or. 122 (→ cum tam pauca sint genera causerum)  
 tam pauca scribere: = CIC. Att. 1,10,1 (→ eo factum est, ut epistulae tuae rescriberem aliquid, brevi-  
 tate temporis tam pauca cogere scribere)

tam pauci: CIC. Cluent. 147 (vos autem, iudices, quam ob rem ex tanta multitudine civium tam  
 pauci de hominum fortunis ...)

tam expensorum quam acceptorum rationem esse recidendam: SEN. dial. 7,23,5  
 tam facilis est tota res, ut mihi peritum saepe videatur, cum difficiliter intellegatur, quid patronus  
 velit dicere, quam si ipse ille, qui patronum adhibet, de re sua diceret.: CIC. de or. 3,49

tam familiariter: = TER. Andr. 111 (→ mortem tam fert familiariter)  
 tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri (fama): VERG. Aen. 4,188

tam frequens: SEN. epist. 69,1 (→ mutare te loca et aliunde alio transilire nolo, primum quia tam  
 frequens migratio instabilis animi est)

tam immanem amentiam: AVG. quant. anim. 53 (→ avertat Deus tam immanem amentiam!)  
 tam improbe: SEN. dial. 12,13,7 (→ adnoie istum, ne postea tami improbe oscitet!)

tam lactum ... tam tristic: PLIN. epist. 8,19,1 (→ et gaudium mihi et solacium in litteris, nihilque tam  
 lactum, quod his lactius, tam tristic, quod non per has minus tristic)

tam leve est: LIV. 25,18,3 (→ in bello nihil tam leve est, quod non magnae interitum rei momentum  
 faciat)

tam liquidus est, quam liquida esse tempestas solet: PLAVT. Most. 751  
 tam longa aetate: CIC. Cato 66 (in tam longa aetate)

tam longa aut tam alte repetita: CIC. Sest. 31 (→ etsi me attentissimis animis summa cum benigni-  
 tate auditis, iudices, tamen vereor, ne quis forte vestrum miretur, quid haec oratio tam longa aut  
 tam alte repetita velit)

tam longae navigationi: Q. CIC. ap. CIC. fam. 16,8,1 (→ ac tamen, quamquam videre te tota cogi-  
 tatione cupio, tamen ...)

tam longae epistulas penus quam mortem odisse: = SEN. epist. 30,18  
 tam longe lateque: CIC. nat. 2,40

tam magna ac turbulenta tempestate: = CIC. Verr. II,5,26 (→ dies tam magna ac turbulenta tempe-  
 state fuit)

tam magno animo fuerit: CIC. Tusc. 1,100

What Do You Want?

What do you want?	Quid me vis?
I'd like to have a word with you.	Faucis te volo.
I'd like to have a confidential chat with you.	Cupio tecum separatim colloqui familiariter.
Just between you, me, and the doorpost.	Arbitris remotis. Sine arbitris.
Well, what is it?	Loquere, quid velis?
Well, what do you want me to do?	Cedo quid vis faciam?
What's up? What is it?	Quid est rei? Quid est?
Do you want to talk business?	Numquid est negotii?
No, I just happened to pass by, and dropped in to see how you are.	Non ita, sed forte praeteriens intravi, ut viderem, quid tu azeres.
That's decent of you!	Bene facis!
May I offer you a glass of wine?	Licetne apponere vinum?
I'm sorry.	Invitus nego.
I have an appointment at eleven o'clock.	Pollicitus sum me hora undecima virum quendam conventurum esse.
I wish you weren't in such a hurry.	Nollem te praeparare.
The next time I'll stay longer.	Alio tempore diutius ero.

Please! Thanks!

Please give me a knife!	Da mihi quaeso cultrum!
Will you please hand me a fork?	Da mihi fusciculum, si commodum est!
May I bother you for a spoon?	Da mihi ligulam, nisi molestum est!
Will you please lend me your book?	Librum tuum, amabo, commoda mihi!
You'll be doing me a great favor by lending me this book.	Pergratum mihi feceris, si hunc mihi librum commoda-veris!
Here, take it!	Accipe!
Thanks, Carl!	Merito te amo, Carole!
Thanks for letting me have the book.	Gratias ago, quod (or bene facis, quod) hunc mihi librum commodasti!
Much obliged!	Benigne!
Would you rather have a glass of beer?	Cerevisiam mavis?
Thanks, I prefer wine.	Benigne, vinum equidem praefero.
Would you like to have meat or eggs?	Utrum carnem vis an ova?
I should like an egg.	Velim ovum des.
Will you do me a favor?	Ecquid gratum mihi facies?
Gladly.	Cupio.
With pleasure.	Faciam animo libenti.
What do you want?	Dic, quid est?
Will you please let me have twenty dollars?	Amabo te, viginti dollarum mihi crede!
Certainly! With pleasure!	Faciam mehercule animo libentissimo!
You are very kind!	Benigne facis!

Indignation

Go to the devil!	Abi in malam rem!
I can hardly keep from laying hands on him!	Vix tempero manibus!
That's just like you!	Ut semper tui similis es!
Good fellowship was broken up because of trifles.	Propter res minutissimas concordia dirempta est.
Does that get your goat? Does that burn you up?	Haec res male urit te?
I can't tell you how much.	Sic, ut dici vix possit.
What's the idea!	Quid hoc novae rei est?
Quit your fooling!	Mitte idcos!
You're some there! Some boy, you are!	Quidnam tu hominis es?
Good night! Ye gods!	Pro Iuppiter!
He'll have to suffer for it!	Ego pol ulciscar probe!
I wonder how you got into such company.	Demiros, quo fato in hunc incidēris chorum!
What's the meaning of this?	Quae haec est fabula?
Now you know where you're at!	Dixi tibi!
Rot!	Fabulae!
You're talking through your hat!	Quid hoc novae rei?
What's that!	Res reddit ad restim!
And they shut men like Lincoln!	Etiā indignaris?
You feel peeved too?	Vix crediderim.
I can hardly believe it!	Age, ineptē!
Oh, nonsense!	Male factum!
Rotten!	Minime, ita me di ament, miror!
I'm not a bit surprised!	Quanta de spe decidi!
I'm very disappointed!	Quid istuc quaeso?
What's the matter with you?	Male narras!
I'm sorry to hear that!	Tace sodes!
Shut up!	Ehō tu sceleste!
You're a bad one.	Di te eradiceat!
Take a jump in the lake!	Quid ille narrat?
What's he raving about?	Satin' sanus es?
Are you crazy?	Quaeso quid tu hominis es?

MODERN

LATIN CONVERSATION

Good Wishes

Be good to yourself!	Bene vale! Bene valeto!
Same to you!	Et tu!
A happy journey and a safe return!	Bene ambula et redambula!
The best of luck!	Bene rem gere!
A pleasant trip.	Sit iter laetum!
Don't get sick!	Cura, ut quam rectissime valeas!
Have a good time!	Bene sit tibi!
Good wishes for your success!	Gratulor felicitati tuae!
<i>(Gratulari is never used to refer to future undertakings, but to those that have already been begun.)</i>	
I wish you a Happy New Year!	Annum novum faustum tibi precor!
A Happy New Year!	Annum novum faustum felicem!
Best wishes for a Happy New Year!	Omnia bona tibi precor in proximum annum!
Good luck to you in your undertakings!	Faveant superi tuis conatibus!
	Feliciter cedat, quod institisti!
	Feliciter exeat, quod aggressus es!
	Bene vertat, quod agis!
Pleasant dreams!	Precor tibi noctem placidam! Contingat tibi felix somnus!
Good night!	Sit tibi fausta nox!
Good night, all of you!	Valete omnes!

Greetings

Good morning, father!	Salve, pater!
Good morning, mother dear!	Salve, matercula!
Hello, kid!	Salve, mi frater!
Why hello, uncle!	Salve multum, mi patruus!
Good morning, grandson!	Salve, dulcissime nepos!
Good morning, teacher!	Salve, magister!
Good morning (to fellow-students).	Salvete, condiscipuli!
Hello, hubby!	Mi vir!
Hello, wifey!	Mes uxor!
Good evening, all of you!	Salvete pariter omnes!
Good morning! Good afternoon! Good evening!	Salvus sis! Bene tibi sit, vir optime.
<i>(During the time of the Caesars the term salve was regarded as archaic, and was replaced by are.)</i>	
Ah, there's Gus! That's fine!	Gustavum optime eocum!
Good afternoon. Greetings!	Salve, bone vir!
<i>(Answer) The same to you, old boy!</i>	Salve tantundem mihi carissime!
Why, hello, that's splendid!	Salve multum exoptatissime mihi!
Good afternoon, sir; (to the professor, minister, and so forth.)	Salve vir ornatissime (or clarissime, or spectatissime)!
How do you do?	Ohe, salve tu quoque bone vir!
A thousand welcomes, my dear friend!	Salve etiam atque etiam, amicorum optime!
I'm pleased to see you so well.	Salvum te venire gaudeo! Venire salvum voluptas est.
I'm happy that you have returned safe.	Gaudeo venisse salvum! Salvum te advenisse gaudeo! Gratulor tibi de reditu tuo!
Thank God that you have returned home safe and sound.	Gratia superis, quod nobis incolumis redieris!
I'm very glad that I've found you well and happy.	Quod te vivum ac valentem repererim, vehementer gaudeo!
I'm glad I've met you.	Ego te mihi tam opportune obvium fieri gaudeo.
You're coming at just the right time!	Opportune advēnis!
Have a chair, please.	Asside quaeso!
Sit down on the couch if you wish.	In lectulo asside, si commodum est.
My brother sends heartiest greetings to you.	Frater meus tibi me salutem multam voluit dicere.
My mother and sister have asked me to extend their greetings to you.	Mater et soror tibi salutem me iusserunt dicere.
Thanks!	Salvae sint!

Did you already forget what we were talking about?

Iamne oblitus es, quid inter nos sit dictum?

You don't say!

Mira narras!

Is that right?

Quid ais?

I doubt it!

Timeo!

I can't understand how you could have got such an idea!

Miror, quomodo tam ineptum quicquam tibi venire in mentem potuerit!

How can you say that!

Tene istuc loqui!

I'm just burning up!

Prae iracundia non sum apud me!

I'm just boiling with anger!

Non tu te enhibes?

Keep your shirt on!

Quid in te fecit?

What did he do to you?

Just cool off.

I must say good-by.

Iubeo nunc te bene valere.

I must leave. So long!

Iam me tempus alio vocat: tu valebis!

I don't want to detain you any longer.

Non te diutius remorabor.

At another time we'll discuss the matter (chat) more at length.

Alias latius loquemur (numquam) bimus).

Little business matters call me elsewhere.

Nunc alio me vocant negotiōla quaedam.

I leave you for two days.

In hoc biduum valebis.

Be good to yourself!

Valeto quam optime!

The Romans, when bidding farewell, were wont to ask, "Can I be of service to you in any way?"—"Numquid vis?" To this the following answer was given:

"Take good care of yourself!" (Be good to yourself!)

"Nihil, nisi ut prospere valeas."

Much obliged! Thanks!

Dabitur qualem opera!

The same to you!

Valebis tu quoque! Tibi vicissim precor prosperam valetudinem!

Best regards to your father.

Tu me patri tuo, viri optimo, maxime commendo!

Greetings to your father, your mother, and to anyone else I happen to know.

Salutem dico patri et matri et si quem alium benevolentem videris!

My greetings to your brother!

Nuntia fratri tuo salutem verbis meis!

Tell Carl "Hello" from me.

Carolum iubebis meo nomine salvere plurimum!

And give Fred my regards too.

Fridericum item mea causa salutabis diligenter!

Give them all my heartiest greetings.

Dic me omnibus omnia laeta praecari!

Remember me to all my friends.

Amicos omnes meis verbis salutato!

Give my regards to the whole crowd.

Salutabis mihi sodalitates diligenter.

Do you want me to greet your friends for you?

Ecquid tuis mandas per me?

My sincerest greetings!

Ut recte valeant!

Kindest greetings to all, especially to my father.

Multam salutem omnibus, sed praecipue patri!

Are there any to whom you want to be remembered?

Suntne, quos per me tuo nomine velis salutatos?

Yes, to all who inquire about me.

Omnes, qui de me percontantur!

I recommend myself earnestly to you.

Me tibi etiam atque etiam commendo! *(Commendo would be out of place here.)*

Don't detain me any longer. I simply have to go now!

Ne sis mihi iam in mora!

Good-by!

Vale!

So long! See you tomorrow!

Vale in crastinum!

In the Study Hall

He studies very diligently.	Summo studio in litteris versatur.
You live like a snail.	Tu mihi videris cocleae vitam agere.
How's that?	Qui sic?
Because you always stay buried in your room and never come out.	Quid perpetuo domi latitas nec usquam prorēpis.
You'll grow fast to your chair.	Tu domi situm duces.
In the house I have something to do; I have no work outside.	Est, quod agam domi; foris nihil est negotii.
You are too much of a book-worm.	Nimum affixus es libris.
Come now, ease up a little on your work!	Quaeso tantum aliquantulum tibi parce!
You'll ruin your health by studying too much.	Immotico studio ipse te maceras.
We don't live to study, but we study to get enjoyment out of life.	At non ideo vivimus, ut (litteris) studeamus, sed ideo studemus, ut suaviter vivamus.

Apologies

Please excuse him.	Ei ignoscas volo.
Excuse me!	Ignosce!
Please excuse me!	Obscero mihi ignoscas!
What fault have I committed?	Quid ego tantum sceleris admisi?
Everybody does it.	Vulgo faciunt!
It's quite common.	Vulgo fit!
Such is life!	Ut sunt humana!
What should I have done?	Quid facerem?
My friends favored it!	Sic amicis visum est!
Everybody has his faults.	Sunt sua cuique vitia!
Everybody has his moment of weakness.	Nemo est mortalium, qui sapiat omnibus horis.
	O facinus indignum!
	Hanc ignominiam non ferēs!
	Is, dum vivat, meminerit mei!
	Minue vero iram!

IV. 10. Ego rursus gaudens eis me restitui. Tum Trygetio : Quid (inquam) tibi uidetur ? — Fauco quidem (inquit) ordini plurimum, sed incertus sum tamen et rem tantam diligentissime discuti cupio. — Fauorem (inquam) tuum illa ergo pars habeat ; nam quod incertus es, etiam cum Licentio ac me ipso tibi puto esse commune. — Prorsus (ait Licentius) ego huius sententiae certus sum. Quid enim dubitem parietem, cuius mentionem fecisti, antequam plane se erexit, diruere ? Non enim uere poetica tantum me auertere a philosophia potest, quantum inueniendi ueri diffidentia. — Tum Trygetius gaudens uerbis : Habemus (inquit) iam, quod plus est, Licentium non Academicum. Eos enim ille studiosissime defendere solebat. — Haec modo (inquit) omitte quaeso, ne me hoc uafrum quiddam et captatorium a nescio qua diuina re, quae mihi se ostentare coepit et cui me inhiantem suspendo, detorqueat atque disrumpat.

Quid plura ? Aut aliquid sine causa fieri doceat aut nihil fieri nisi certo causarum ordine credite.

V. 12. Cui ego : Licet (inquam) me odiosum percontatorem uoces — uix enim possum non esse, qui expugnaui, ne cum Pyramo et Thisbe conloquereris — pergam tamen quaerere abs te. Natura ista, quam uis uideri ordinatam, cui bono — ut de ceteris rebus innumerabilibus taceam — istas ipsas arbores, quae fructus non afferunt, procreauit ? — At illo cogitante, quid diceret (ait Trygetius) : Numquidnam usus arbustorum in solis fructibus praebetur hominibus ? quanta sunt alia, quae umbra, quae lignis, postremo quae ipsis frondibus seu foliis fiant ? — Noli obsecro (inquit ille) interrogationibus eius haec reddere. Innumerabilia sunt enim, quae profertur possunt, ex quibus nulla est hominibus utilitas aut certe ita latet uel inbecilla est, ut ab hominibus, praesertim nobis, erui defendiue non possit. Ipse potius nos doceat, quomodo aliquid fiat, quod non causa praecesserit. — Post (inquam) ista uidebimus. Non enim iam me necesse est esse doctorem, cum tu, qui iam tantae rei te certum esse professus es, adhuc me nihil docueris nimium discere cupientem et propter hoc solum dies noctesque uigilantem.

13. Quo me mittis ? (inquit) an quia leuius te sequor quam illa folia uentos, quibus in profluentem iaciuntur, ut eis cadere parum sit, nisi etiam trahantur ? Nam quid aliud erit, cum Licentius et Augustinum et ea quae sunt in media philosophia docet ? — Noli obsecro (inquam) aut te tantum abicere aut me extollere. Nam et ego in philosophia puer sum et non nimis curo, cum interrogo, per quem mihi ille respondeat,

VII. 17. Ego mirabar et tacebam. Trygetius autem ubi uidit hominem paululum quasi digesta ebrietate affabilem factum redditumque conloquio : Absurdum (inquit) mihi uidetur, Licenti, et plane alienum a ueritate quod dicis ; sed quaeso patiari me paululum nec proturbes clamitando. — Dic quod uis (ait ille) non enim metuo, ne me auferas ab eo, quod uideo ac paene teneo. — Vtinam (inquit) ab eo quem defendis ordine deuius non sis ! Non tanta in deum feraris, ut mitius loquar, incuria. Quid enim potuit dici magis impium quam etiam mala ordine contineri ? Certe enim deus amat ordinem. — Vere amat (ait ille) ab ipso manat, et cum ipso est, et si quid potest de re tantum alta conuenientius dici, cogita quaeso ipse tecum. Nec enim sum idoneus, qui te ista nunc doceam. — Quid cogitem ? (inquit Trygetius) accipio prorsus quod dicis satisque mihi est in eo, quod intellego. Certe enim et mala dixisti ordine contineri et ipsum ordinem manare a summo deo atque ab eo diligi. Ex quo sequitur, ut et mala sint a summo deo et mala deus diligit.

18. In qua conclusione timui Licentio. At ille ingemescens difficultate uerborum nec omnino quaerens, quid responderet, sed quem ad modum quod respondendum erat promeret : Non diligit deus mala (inquit) nec ob aliud, nisi quia ordinis non est, ut et deus mala diligit ; et ordinem ideo multum diligit, quia per eum non diligit mala.

X. 28. Hic, ubi eos silentio uultu oculis suspensione atque immobilitate membrorum et rei magnitudine satis commotos et audiendi desiderio inflammatos esse consexi : Ergo (inquam) Licenti, si tibi uidetur, collige in te quidquid uirum potes, elima quidquid habes acuminis et ordo iste quid sit definitione complectere. — Tum ille ubi se ad definiendum cogi audiuit, quasi aqua frigida adpersus exhorruit et turbatiore uultu me intuens atque, ut fit, ipsa trepidatione subridens : Quid hoc est rei ? Quid quasi tibi uideo (inquit) annuere ? Nescio, quo aduenticio spiritu me credis innotatum. — Statimque sese animans : Aut fortasse (ait) aliquid mecum est ? — Paululumque siluit, ut in definitionem, quidquid illi de ordine notionis erat, conduceretur, deinde erectior : Ordo est (inquit) per quem aguntur omnia, quae deus constituit.

29. Quid ? ipse deus (inquam) non tibi uidetur agi ordine ? — Prorsus (inquit) uidetur. — Ergo agitur deus ? (ait Trygetius) — Et ille : Quid enim ? (inquit) Christum deum negas, qui et ordine ad nos uenit et a patre deo missum esse se dicit ? Si igitur deus Christum ordine ad nos misit et deum Christum esse non negamus, non solum agit omnia sed agitur etiam deus ordine. — Hic Trygetius addubitans : Nescio (inquit) quomodo istuc accipiam. Deum enim quando nominamus, non quasi mentibus ipse Christus occurrit, sed pater. Ille autem tunc occurrit, quando dei filium nominamus. — Bellam rem facis (inquit Licentius) Negabimus ergo dei filium deum esse ? — Hic ille, cum ei respondere periculosum uideretur, tamen se coegit atque ait : Et hic quidem deus est, sed tamen proprie patrem deum dicimus. — Cui ego : Cohibe te potius (inquam) non enim filius improprie deus dicitur. — At ille religione commotus cum etiam uerba sua scripta esse nollet, urgebat Licentius, ut manerent, puerorum scilicet more

si me magistrum libenter uocatis, reddite mihi mercedem : boni estote !

30. Hic ubi, ne plura dicerem, lacrimae mihi modum imposuerunt, Licentius molestissime ferens, quod omnia scribebantur : Quid enim (ait) fecimus, oro te ? — Adhuc (inquam) nec fateris saltem peccatum tuum ? Tu nescis in illa schola grauius me stomachari solitum, quod usque adeo pueri non utilitate ac decore disciplinarum sed inanissimae laudis amore ducerentur, ut quosdam etiam aliena uerba recitare non puderet exciperentque plausus — o ingemescendum malum ! — ab eisdem ipsis, quorum erant illa, quae recitabant. Ita uos, quamuis nihil umquam, ut opinor, tale feceritis, tamen et in philosophiam et in eam uitam, quam me tandem occupasse laetor, aemulationis tabificae atque inanis iactantiae ultimam sed nocentiorum ceteris omnibus pestem introducere ac proserminare conamini et fortasse, quia uos ab ista uanitate morboque deterreo, pigriores eritis ad studia doctrinae et ab ardore uentosae famae repercussi in torporem inertiae congelabitis. Me miserum, si necesse erit tales etiam nunc perpeti, a quibus uitia decedere sine aliorum uitiorum successione non possint ! — Probabis (ait Licentius) quam purgatiores futuri simus. Modo illud obsecramus per omnia, quae diligis, ut ignotum nobis uelis atque illa omnia deleri iubeas, simul ut parcas etiam tabulis, quas iam non habemus. Non enim aliquid in libros translatum est eorum, quae a nobis multa disserta sunt. — Prorsus (inquit Trygetius) maneat nostra poena, ut ea ipsa quae nos inlicit fama flagello proprio a suo amore deterreat. Ut enim solis amicis et familiaribus nostris litterae istae innotescant, non parum desudabimus. — Assensus est ille.

Quapropter quoniam ei iam quaestionem notissimam feci et quantum in ea processerimus ostendi, paratusne es, Licenti, causam, quam suscepisti, ex illa tua definitione defendere ? Nam meminisse me arbitror te ordinem esse dixisse, per quem deus ageret omnia. — Paratus sum (inquit) quantum ualeo. — Quomodo ergo, inquam, agit ordine omnia deus ? itane, ut etiam se ordine agat ? an praeter eum ordine ab eo cetera gubernantur ? — Vbi omnia bona sunt, (inquit) ordo non est. Est enim summa aequalitas, quae ordinem nihil desiderat. — Negas (inquam) apud deum omnia bona esse ? — Non nego (inquit) — Conhecitur (inquam) neque deum neque illa, quae apud deum sunt, ordine administrari. — Concedebat. — Numquidnam (inquam) omnia bona nihil tibi uidentur esse ? — Immo (ait) ipsa uere sunt. — Vbi ergo est, (inquam) illud tuum, quod dixisti, omnia quae sunt ordine administrari nihilque omnino esse, quod ab ordine separatum sit ? — Sed sunt (inquit) etiam mala, per quae factum est, ut et bona ordo concludat ; nam sola bona non ordine reguntur sed simul bona et mala. Cum autem dicimus : 'omnia quae sunt', non sola utique bona dicimus. Ex quo fit, ut omnia simul, quae deus administrat, ordine administrantur.

3. Cui ego : Quae administrantur et aguntur, uidentur tibi moueri an immobilia putas esse ? — Ista (inquit) quae in hoc mundo fiunt, fateor moueri. — Reliqua (inquam) negas ? — Quae sunt cum deo (inquit) non mouentur ; reliqua omnia moueri arbitror. — Cum igitur ea, quae cum deo sunt (inquam) non moueri putas, cetera autem concedis moueri, ostendis omnia, quae mouentur, non esse cum deo. — Repete hoc ipsum (inquit) paulo planius. — Quod non mihi uisus est difficultate intellegendi fieri uoluisse, sed quaerendi spatium, quo inueniret quid responderet. — Dixisti (inquam) ea quae cum deo sunt non moueri, cetera autem moueri. Si ergo haec, quae mouentur, non mouerentur, si essent cum deo, quoniam omnia, quae sunt cum deo, negas moueri, restat, ut praeter deum sint quae mouentur. — Quibus dictis adhuc tacebat, cum tandem : Videtur mihi (inquit)

II. 4. Defini ergo (inquam) si placet, quid sit esse cum deo et quid sit non esse sine deo. Si enim de uerbis inter nos controversia est, facile contemnetur, dummodo rem ipsam, quam concepisti mente, uideamus. — Odi ego (inquit) definire. — Quid ergo faciemus ? (inquam) — Tu, (inquit) defini quaeso. Nam facilius est mihi uidere in alterius definitione, quid non probem, quam quicquam bene definiendo explicare. — Geram tibi morem (inquam) Videtur tibi id esse cum deo, quod ab eo regitur atque administratur ? — Non ait, ille, hoc animo conceperam, cum dicebam ea quae non mouentur esse cum deo. — Vide ergo (inquam) utrum haec tibi saltem definitio placeat : cum deo est quidquid intellegit deum. — Concedo (inquit) — Quid ergo ? (inquam) sapiens deum tibi intellegere non uidetur ? — Videtur, (inquit) — Cum ergo sapientes non solum in una domo aut urbe sed etiam per inmensa regionum peregrinando nauigandoque moueantur, quomodo erit uerum quidquid cum deo est non moueri ? — Risum mihi (inquit) mouisti, quasi ego quod sapiens facit dixerim esse cum deo. Cum deo est, sed illud quod nouit. — Non nouit (inquam) sapiens codicem suum pallium tunicam supellectilem, si quam habet, ceteraque id genus, quae stulti etiam bene nouerunt ? — Fateor (inquit) nosse tunicam et nosse pallium non esse cum deo.

EDWARD HOLYOKE  
1689 - 1759

Adhortatio Praesidis

Eheu! lugubris carmina Naeniae  
poscis, Georgi, nec pietas tua  
nec vota nec curae tuorum  
faulferas inhibent sorores.

5 Nuper Britannis deliciae et decus,  
nunc luctuosae materies lyrae,  
quam chara, quam defleta nobis,  
ultima non reticebit aetas.

Me — cui peracta militia mea  
10 non longa restat jam mora quin sequar  
quid me decebit, quam recentem  
imbuerim ut lachrymis favillam?

Vos, queis vigescit spiritus integer,  
pectusque Phoebi vividus impetus  
15 accendit, ad solemniores  
apta modos adhibete plectra.

Ferite chordas: ecce Georgius  
incedit alter, jura per ultimas  
telluris oras jam daturus,  
20 qua patet oceanus Britannis.

Afferte flores, sartaque nectite  
cinctura circum Caesareum caput;  
cum fronde myrteoque laurum  
in socios religate nexus.

25 Sic forsitan et vos vestraque munera  
blando benignus lumine viderit,  
miratus ignotas camoenas  
sole sub Hesperio calentes.

STEPHEN SEWALL  
1734 - 1804

Hail, George III!

Cum roseis quondam dea Adorea fulgida pennis  
aethera pervolitans liquidum tranaverat orbem,  
figere qua posset solio regum optimum eburno  
quem volventia fama ferat per secula rimans,

5 laeta deae tandem patuere Britannidos arva,  
flumine quae Tamesis sinuans humectat amaeno,  
gens ubi dives opum, longi patiensque laboris,  
urbes munierat vallis portusque carinis.

Partim tellurem jam tum sulcavit aratro,  
10 partimque extremis fecit commercia terris  
partimque ingenuas doctasque exercuit artes;  
tota Dei numen coluit, rectoris Olympi.

Hic locus, haec sedes, inquit dea, munere digna est  
magnifico, dare quod statui sub pectore volvens.

15 Anglica jam tellus, multos jactata per annos  
casibus adversis a tempore Caesaris usque,  
gentibus ex variis sumptos experta tyrannos,  
Normannisque Danisque Caledoniisque cruentis  
Saxonicisque fere fuerat, cum mitteret Alma

20 regum progeniem Brunsvica stirpe creatam,  
armis insigni et virtutum nomine clara.  
Ac velut objicibus fuerat qui in carceris antro  
occlusus rigidi, tetri, squalentis, opaci,  
cui frigusque famesque sitisque comederat artus,

25 multis interea pigre labentibus annis,  
nocturnis tandem tenebris vincisque solutus,  
obstupet aethereo radiantis lumine solis,  
exultimque salit celeri pede voceque clamat,  
sic genus Anglorum Brunsvici sideris ortum,

30 Eoo lucem portantis ab axe serenam,  
mirati laetantur ovantque; it ad aethera clamor;  
praecepti resonant montes et littora curva.  
Angligenae generosi, o terque quaterque beati,  
queis jam quinque fere bis lustris lucifer almus

35 affulsit, nec adhuc unquam se condidit undis.  
Ora quidem bis celavit velamine nigro;  
at splendore novo, jubare insolitoque coruscans  
usque retexit, et usque recentia dona profudit.  
Salve, Auguste Georgi tertie, quo duce ferri

40 seclum cessabit, priscumque redibit in aurum!

Otia, cana fides, virtus pietasque redibunt,  
pacatumque reges patriis virtutibus orbem.

On the Death of George II

Debili tentura viam volatu  
Musa, Brunsvico tribuas adempto,  
si queas, fletus meritos, nepoti et  
gaudia regi.

5 En, ut obductos teneant Britanni  
flebiles vultus lachrymis, cupresso  
dum sepulchrali cineres adornant  
regis adempti.

Ingemunt vestri interitum leones  
10 dum, suas tanquam exequias canentes,  
lugubri mulcent Thamesis fluenta  
carmine cynni.

Tu soror tristis jaceas Ierne,  
admovens dextram citharae querenti,  
15 fata Brunsvici resonare chordas  
dulce docentem.

Terra quam Phoebus propiore torret  
igne, quae pulchros dedit et triumphos,  
altius tinctum referas colorem  
20 luctibus aptum.

Tempora Augusti, fugiente Gallo,  
laurea nuper decorans, verendos  
diviti spargas cineres odore,  
dives odorum!

25 Consonet passim gemitu orbis alter;  
nos coloni, nos socii gemenda  
sorte Brunsvicum pariter dolemus  
ac patrem amantem.

Tu simul tellus inimica nunc at  
30 bellicis ornans spoliis Britannos  
lugeas, lugensque canas Georgi  
nomen ovantis.

En, dolent hostes Britonum superbi,  
en, dolet Borbon, cui nota virtus  
35 mortui, nec jam niveos ministrant  
lilia flores.

Musa, praestantem modulis doloris  
incliyti famam celebres Georgi;  
posteris nomen referas remotis  
40 laude colendum.

Hic pater fidus populi atque custos  
jura legesque ut clypeo tegebat,  
omnibus recte trutinam movendo  
45 justa ministrans.

Reppulit Martis rabiem furentis  
a suo passim Thamesi ad Garumnam,  
perfidii quassans tonitru Britanno  
Borbonis arces.

Te premit dum nox tenebris sopora  
50 dumque Plutonis domus, orbe toto  
facta virtutesque tuae vigeant  
morte solutae.

Gaudiis mutare cupit dolores  
Musa; quis mutare neget? nepote  
55 et sibi splendore novo suisque  
sceptra tenente.

Ad melos blandum modulemur omnes  
strenui vocem, resonetque coelum,  
fornice a celso strepitum jocosum  
60 laude remittens.

Ipsae sacrum tibi, Jane, templum  
clausit, ramos oleae virentis  
Marte jactatis populis daturus  
corde benigno.

IVN.+SEN.  
F - (4)

65 Hinc quies orbi, studiis juvamen,  
gaudium musis, thalami puellis,  
omnibus passim hinc oriatur amplo  
copia cornu.

Prata pubescunt gregibus superba.  
70 cuncta subridet redimita sertis.  
Num rogas unde haec? Regit hic Georgus  
alter et idem.

On the New Sovereign

Quem virum mavult celebrare Clio,  
quem canet solers fidibus canoris  
tollere heroem, nisi te, regentum  
prime, Georgi,

5 orte praeclaris atavis avoque  
laude qui primam meruit coronam,  
pulchra quem virtus pietasque coelo  
extulit ardens?

Phoebus ut nubes, radiante vultu,  
10 luridas pellit gelidos et imbres,  
obrutis umbra revocatque lumen,  
dulce levamen.

sic tui vultus nitide sereni  
dimovent nimbos, alacris voluptas  
15 jam redit tecum Britonumque per prae-  
cordia ludit.

Blandior Phoebus roseo cubili  
surget eoo, melius nitebunt  
aurei soles, medii petito  
20 culmine coeli;

ver erit longum tepidaeque brumae;  
rura praebent segetes opimas;  
flosculi fundent varios odores  
undique campis;

25 pax, fides, virtus, pietas vigeantque  
artium cultura; redibit aetas  
in micans aurum prope pristinum, te  
rege, Georgi!

Laetus intersis populo diuque  
30 imperi sceptrum teneas Britanni;  
deinde virtutis referas coronam  
vectus ad astra!

Parcito, princeps, veniamque musae  
da, precor supplex, temere canenti.  
35 Molior frustra: cecidere vires  
ardua niseae.

Nocte Cogitata:

Nocte I: De Vita, Morte, et Immortalitate

Somnus, qui fessos reficit mitissimus artus,  
iste homines veluti qua res fortuna secundat  
prompte adit, at miseros torve fugit ore minaci:  
praecepta a luctu properat pernicibus alis,  
5 atque oculis lachryma vacuis considit amice.  
Evigilo requie celeri (est mos) ac agitata;  
felices, somno nunquam amplius excutiendi!  
Istud inane tamen, tumulum si somnia turbent.

Suscitor, emergens visorum gurgite torto,  
10 mens ubi dilacerata, abjecta, errore laborans  
a fluctu ad fluctum ficti moeroris obibat;  
instaurata licet mutatio sola doloris,  
ah (mutatio saeva) loco trucis, in truciozem.

Lux nimium brevis angori, et nox, vertice in aulae  
15 pullatae, est splendor fati mihi posta colori.  
Nox, dea fusca, eheni e solio nunc plumbea scep  
pompa atrata sopore gravatos tendit in omnes.  
Quantum exsanguis silentium et, ah, caligo verenda  
Nil acies oculi reperit, nil auris acuta:

20 dormitat quodcumque creatum, stet quasi pulsus  
vitalis, sileat totum res quaeque per orbem;  
horrendum silet: exitus augurat haud mora ut adsit,  
et quod praemonet extemplo peragatur abunde.  
Parcae immites, actutum demittite velum;

25 nil mihi plus restat quod luctans perdere possim.

## DIRAE IN VRBIS STREPITVS

Quod scelus admisi, quaeve implacata meorum  
in criminum piaculum,  
corpus ut umbra sequax, fera me insectatur Erinny,  
noctu diuque ut torquear  
motibus assiduis urbis strepituque molesto?  
Hinc tintinans elabatur  
audax plus nimio iuuenis florentibus annis  
via referta machinis,  
acer agens birotam gummi turgente pedatim;  
quem pone vocem graculi  
persequitur reddens cisium flagrante pusillum  
vapore naphthae concitum.  
Tum latice ignifero raedarum millia mota  
immane bombicantium,  
raucisonisve tubis, cursu dum vincere certant,  
in aemulas clangentium.  
His sociant strepitum permagna petorrata, molli  
instructa sellisternio,  
succinea vi praecipiti deducta rotatu,  
alterna concrepantia:  
Id genus, haud dubium, symphonia personat Orcum!  
Dum vexor his stridoribus,  
ecce per aethereos bolidis praetervolat instar  
tractus phaselus aliger,  
aures horrifice perstringens sibilo acuto...  
Qui tanta ab ira protegar?  
Ac veluti id satis haud habeam, gravis altera causa  
supervenit molestiae;  
aedes namque meas propter, stratura debiscens  
cum machinis strepentibus  
mechanica huc operas adduxit in arte peritas,  
quae digna Averno musica  
fistulae silices tundunt iterumque retundunt,  
solumque tum bitumine  
instratum paviant se circumagente cylindro.  
O mira nostri saeculi,  
has quod delicias mortalibus apparat aegris,  
curis ut atris allevet!  
Me tot ad extremum paene adduxere fragores;  
dira feror vertigine:  
irritata sonis tantis, tolerantia cedit!  
Gravis mihi et sodalibus,  
neuricus efficior, morosus, acerbus et asper.

## POPULI REGIMEN

Incubo cunctis metuendus olim  
gentibus, regum cecidere sceptris,  
saepius passim sine lege fuso  
tincta cruore.  
Vincla detrectans populus furenter,  
— Me penes quaevis — ait — est potestas;  
arbiter, vindex ego legis unus  
iuris et auctor! —  
Dixit et regum truculentus aedes  
impetit, factis proavum nitentes;  
stemmata evertit, minuit coronas,  
raptat et inde  
pegma ad horrendum miserum nepotem,  
caede sternendum rutila bipenni,  
signaque extollit manibus cruentis  
libera ad auras.  
Nunc sui iuris dominatur unus,  
fert sibi leges, parilique cunctos  
sorte devincit, titulis vetustae  
stirpis abactis.  
Nil viro differt sapiens agresti,  
baiulus docto, faber architecto;  
omne discrimen docet esse vitae  
finis inane.  
Quos parit tellus iterumque condit  
aequa post funus, numero recenset,  
priva nec novit; numero stet ergo  
civicus ordo!  
Liberi o, plausus iterate, cives,  
saeva vos torquens perit tyrannis,  
saecula mox orbi, populo regente,  
aurea surgent.  
Plebis hae passim crepuere voces,  
dona sperantis melioris aevi;  
iamdiu at solis iubar affuturi  
fallit ovantes.  
Dira convictum socium simultas  
excipit: livor furiosus iras  
asperat; cives agitat perennis  
pugna vicissim.  
Mugit impastus stabulis iuvenicus,  
fumidis cessant operae officinis,  
et ferox dices, capit, exsecratus,  
arma popellus.

## DE SE IPSE

Ceu fractae citharae languens sonus ultimus errat,  
in tenues auras abripiturque brevi,  
editur assimili mea nunc elegia tenore,  
carmen maesta canens exsequiale mihi.  
Quid simulare iuvat? Senui mors appetit atra,  
pes titubabat tardus, languida membra labant.  
Canet caesaries oculique hebetantur et aures,  
pallentesque secat plurima ruga genas.  
Corporis articulos stringit nodosa podagra,  
quod veluti truncus mobilitate caret;  
ingenium torpet quoque, nec respondet ut ante,  
quaeque aegre didicit non retinere valet.  
Quam dederat Deus, explevi iam tempora vitae,  
ludicra me mundi linquere cuncta monent.  
Ecce meae gentis mors omnes abstulit atrox,  
aegra mihi tantum vita superstes adhuc.  
Lustra sacris claustris tectus bis sena peregi,  
ex quo deserui rura paterna puer,  
militiamque sequi Iesu, sub fulgida patris  
Ignati, statui, signa, vocante Deo.  
Attamen Hirpinas mens saepe recursat ad oras,  
fulsit ubi vitae lux utriusque mihi.  
Parthenii montis video celsique Taburni  
praeruptos scopulos et nemorosa iuga;  
arva, domum, templum, pagum carosque parentes,  
et reputo vitae somnia prima meae.  
Omnia mox liqui, Christi vexilla secutus,  
ipsius ut late nomen in orbe sonet.  
Hoc animis haesit penitus, mundique dolosas  
unus hic illecebras vincere fecit amor.  
Laetitia ingenti Sacri praecordia Cordis  
ore, libris feci, plebe probante pia.  
Italiam late peragravi, verba salutis  
sollicitus cunctis indere pectoribus,  
pandere et arcanum Iesu flagrantis amore,  
quod reserat factum cuspidis vulnus hians.  
Haec peragens duxi melioris tempora vitae,  
praemia spem caelo digna referre fovens.

\*\*\*

Impigra quam miris mea floruit artibus actas,  
gentibus at pariter funera quanta tulit!  
Scilicet aërios novit percurrere tractus,  
gentes atque novis consociare viis;  
Oceani intactas cymba penetravit abyssos,  
regna poli visit semper aperta gelu;  
credidit aetheris undis sua verba vehenda,  
partibus oppositis percipienda statim;  
praedita quin imo vita simulacraque voce  
appositis speculis, undique missa, patent.  
Haec miranda quidem, quanto at tabescere luctu  
conspexi populos et trepidare metu,  
non semel abreptos scelerata in bella vicissim,  
ipsaque adauxerunt mira reperta neces.  
Inter bellorum strepitus mea decidit aetas,  
quo magis urgeret caeli inihiare bonis.

AD IOANNEM XXIII PONT. MAX.  
OCTOGESIMO IPSIVS NATALI DIE EXPLETO

Perfurit campis, domibus, viisque  
saeva tempestas; tenebris nigrescit  
aethra funestis; tremefacta nutant  
corda pavore.  
Vnde mortales repetent salutem?  
Quis laborantes sine spe, periculo  
solvere instanti populos, suprema  
fata manentes?  
Ecce mox caelum nitidum refulget;  
atra vanescit, rutilante ab axe  
sole, caligo, relevatque fracta  
spes quoque corda.  
Haud secus, Pastor gregis almae Christi,  
inter heu! gentes oclii procella  
saevit, et luctus, lacrimas, ruinas  
dira minatur.  
Aemuli, tractus spatii proiundi,  
qui duces praesunt, superare certant,  
mille crudeles iaciant ut inde  
fulmina mortis;  
scindere et perstant atomos, calorem  
comparem dantes Phlegethonis igni,  
quae solo sternant populos et urbes  
tempore puncto.  
Tu Deo fesus, pie Rector orbis,  
quinque bis octo venerandus annis,  
lenis aridens animos serenas  
spemque reducis.

## C A R M I N A

## OLYMPIA A. MCMLX

Exsurge, longum rumpe silentium  
festumque pyctis, Musa, epinicion,  
cui iamdiu desuevit actas,  
Pindarico modulare plectro.

Altis resultant compita plausibus,  
festiva promit gaudia civitas,  
quae dissitarum nationum  
signa videt fluitare ventis.

privoque pubem tegmine gymnicam  
vicis frequentem, quam mare ab extimis  
transmisit oris, quam per aethram  
aligerae glomerant carinae,

et continenter ferrea devehunt  
leves per axes agmina curruum  
terris ab Europae remotis  
urbibus Italiaeque claris.

Optata fulsit lux! Capitolio  
celso coruscat lampas Olympica,  
certare quae fortem iuventam  
convocat huc regione ab omni.

Accede fidens; huc ades, omnium,  
flos verne, pubes inclita, gentium;  
externus hic nemo putatur,  
quos eadem sacra Roma necit

Hic rite vestris ausibus omnia  
digesta prostant. Eia, palaestricae  
virtutis, o fortes, coronae  
nunc specimen date gratulanti.

Omnis similtas hinc procul exulet;  
hic mos benignus grataque comitas  
tantum viget, turbam et perenni  
vincit amicitia sodalem.

Certamen olim dispulit Elidis  
dissentientium iurgia civium;  
fax gymnicae flagrans iuventae  
nuntia pacis eat per orbem.

## VITAE COMPENDIVM

Quos puer attonitis sum contemplatus ocellis  
caelo minantes vertices  
abruptisque iugis silva et nigrante comatos  
tutum feris erraticis  
perfugium dantes nidisque loquacibus umbras,  
post lustra terris pervagus  
bissena aspicio, pectus dulcedine captus  
et insolenti gaudio,  
namque mihi revocant primaevae tempora vitae  
puertiacque somnia.  
E regione mihi vertex extollitur ingens,  
ex quo, diei nuntia,  
me croceo risu tollens aurora beavit,  
et protinus sol aureus  
pingebat vario colles vallesque colore.  
Dentata mox cacumina  
opposito caelo specto, dabat unde salutem  
mortalibus lux occidens  
et tenebris orbem nox involvebat opaca.  
Clivos apricos obsitos  
vitibus atque olcis, video ut puerilibus annis,  
choros et identidem  
percipio alternos, quos fundit rustica pubes,  
laboris ut fastidium  
allevet, atque suos sponsae testetur amores.  
Prima ut reliqui aetatula  
parvo cuncta meo pago perstare videntur,  
mundana res dum volvitur  
praecipiti cursu, mores mutantur et usus.  
Sed fallor. Actas alteri  
altera successit, cives frustra quoque requiro  
quos antea cognoveram;  
forte superstes adest unus dumtaxat et alter;  
mors stravet atra ceteros,  
natalique domo velut modo demoror hospes,  
ignotus ipsis incolis,  
qui subiere, novis, et diversantur in illa.  
Vt unda ab unda truditur  
gurgite donec eas pelagus commisceat omnes  
aspectu et aequet unico,  
sic hominum suboles, vastus quas excipit orbis,  
sese insequuntur perpetim;  
surgunt et florent, mox dilabuntur abysso  
aeternitatis obrutae!

## I

DIVITIAS alius fuluo sibi congerat auro  
 et teneat culti iugera multa soli,  
 quem labor adsiduus uicino terreat hoste,  
 Martia cui somnos classica pulsa fugent:  
 me mea paupertas uita traducat inertis,  
 dum meus adsiduo luceat igne focus.  
 ipse seram teneras maturo tempore uites  
 rusticus et facili grandia poma manu:  
 nec Spes destituat sed frugum semper aceruos  
 praebeat et pleno pinguis musta lacu.  
 nam ueneror, seu stipes habet desertus in agris  
 seu uetus in triuo florida sertis lapis:  
 et quodcumque mihi pomum nouus educat annus,  
 libatum agricolae ponitur ante deo.  
 flaua Ceres, tibi sit nostro de rure corona  
 spica, quae templi pendeat ante fores;  
 pomosisque ruber custos ponatur in hortis  
 terreat ut saeua falce Priapus aues.  
 uos quoque, felices quondam, nunc pauperis agri  
 custodes, fertis munera uestra, Lares.  
 tunc uitula innumeros lustrabat caesa iuuenos:  
 nunc agna exigui est hostia parua soli.  
 agna cadet uobis, quam circum rustica pibes  
 clamat 'io messes et bona uina date.'  
 iam mihi, iam possim contentus uiuere paruo  
 nec semper longae deditus esse uiae,  
 sed Canis aestiuos ortus uitare sub umbra  
 arboris ad riuos praetereuntis aquae.  
 nec tamen interdum pudeat tenuisse bidentem  
 aut stimulo tardos increpuisse boues;  
 non agnamue sinu pigeat fetumue capellae  
 desertum oblita matre referte domum.  
 at uos exiguo pecori, furesque lupique,  
 parcite: de magno praeda petenda grege.  
 hinc ego pastoremque meum lustrare quot annis  
 et placidam soleo spargere lacte Palem.  
 adsitis, diui, neu uos e paupere mensa  
 dona nec e puris spernite fictilibus.—  
 fictilia antiquus primum sibi fecit agrestis  
 pocula, de facili composuitque luto.—  
 non ego diuitias patrum fructusque requiro,  
 quos tulit antiquo condita messis auo:  
 parua seges satis est; satis est, requiescere lecto  
 si licet et solito membra leuare toro.  
 quam iuuat immites uentos audire cubantem  
 et dominam tenero continuisse sinu  
 aut, gelidas hibernus aquas cum fuderit Auster,  
 securum somnos imbre iuuante sequi!  
 hoc mihi contingat: sit diues iure, furorem  
 qui maris et tristes ferre potest pluuias.  
 o quantum est auri pereat potiusque smaragdi,  
 quam flectat ob nostras ulla puella uias.  
 te bellare decet terra, Messalla, marique,  
 ut domus hostiles praeferat exuias:  
 me retinent uinctum formosae uincta puellae,  
 et sedeo duras ianitor ante fores.  
 non ego laudari curo, mea Delia: tecum  
 dum modo sim, quaeso segnus inersque uocer.  
 te spectem, suprema mihi cum uenerit hora,  
 et teneam moriens deficiente manu.  
 flebis et arsuro positum me, Delia, lecto,  
 tristibus et lacrimis oscula mixta dabis.  
 flebis: non tua sunt duro praecordia ferro  
 uincta, nec in tenero stat tibi corde silex.  
 illo non iuuenis poterit de funere quisquam  
 lumina, non uirgo sicca referte domum.  
 tu manes ne laede meos, sed parce solutis  
 crinibus et teneris, Delia, parce genis.  
 interea, dum fata sinunt, iungamus amores:  
 iam ueniet tenebris Mors adoperta caput;  
 iam subrepet iners aetas, nec amare decebit,  
 dicere nec cano blanditias capite.  
 nunc leuis est tractanda uenus, dum frangere postes  
 non pudet et rixas incernisse iuuat.  
 hic ego dux milesque bonus: uos, signa tubaeque,  
 ite procul, cupidus uulnera ferte uiris,  
 ferte et opes: ego composito securus aceruo  
 dites despiciam despiciamque famem.

## II

ADDE merum uinoque nouos compesce dolores,  
 occupet ut fessi lumina uicta sopor:  
 neu quisquam multo percussum tempora baccho  
 excitet, infelix dum requiescit amor.  
 nam posita est nostrae custodia saeua puellae,  
 clauditur et dura ianua firma sera.  
 ianua difficilis domini te uerberet imber,  
 te Iouis imperio fulmina missa petant.  
 ianua, iam pateas uni mihi uicta querellis,  
 neu furtim uerso cardine aperta sones.  
 et mala si qua tibi dixit dementia nostra,  
 ignoscas: capiti sint precor illa meo.

te meminisse decet quae plurima uoce peregi  
 supplice cum posti florida sertis darem.  
 tu quoque ne timide custodes, Delia, falle.  
 audendum est: fortes adiuuat ipsa Venus.  
 illa fauet seu quis iuuenis noua limina temptat  
 seu reserat fixo dente puella fores:  
 illa docet molli furtim derepere lecto,  
 illa pedem nullo ponere posse sono,  
 illa uiro coram nutus conferre iocuaes  
 blandaque compositis abdere uerba notis.  
 nec docet hoc omnes, sed quos nec inertia tardat  
 nec uetat obscura surgere nocte timor.  
 en ego cum tenebris tota uagor anxius urbe,  
 nec sinit occurrat quisquam qui corpora ferro  
 uulneret aut rapta praemia ueste petat.  
 quisquis amore tenetur, eat tutusque sacerque  
 qualibet; insidias non timuisse decet.  
 non mihi pigra nocent hibernae frigora noctis,  
 non mihi cum multa decidit imber aqua.  
 non labor hic laedit, reseret modo Delia postes  
 et uocet ad digitum me taciturna sonum.  
 parcite luminibus, seu uir seu femina fiat  
 obuia: celari uult sua furta Venus.  
 neu strepitu terrete pedum neu quaerite nomen  
 neu prope fulgenti lumina ferte face.  
 si quis et imprudens aspexerit, occulat ille  
 perque deos omnes se meminisse neget:  
 nam fuerit quicumque loquax, is sanguine natam,  
 is Venerem e rapido sentiet esse mari.  
 nec tamen huic credet coniunx tuus, ut mihi uerax  
 pollicita est magico saga ministerio.  
 hanc ego de caelo ducentem sidera uidi,  
 fluminis haec rapidi carmine uertit iter,  
 haec cantu finditque solum manesque sepulcris  
 elicit et tepido deuocat ossa rogo:  
 iam tenet infernas magico stridore cateruas,  
 iam iubet aspersas lacte referte pedem.  
 cum libet, haec tristi depellit nubila caelo:  
 cum libet, aestiuo conuocat orbe niuus.  
 sola tenere malas Medcae dicitur herbas,  
 sola feros Hecatae perdomuisse canes.  
 haec mihi composuit cantus, quis fallere posses:  
 ter cane, ter dictis despue carminibus.  
 ille nihil poterit de nobis credere cuiquam,  
 non sibi, si in molli uiderit ipse toro.  
 tu tamen abstineas aliis: nam cetera cernit  
 omnia: de me uno sentiet ille nihil.  
 quid credam? nempe haec eadem se dixit amores  
 cantibus aut herbis soluere posse meos,  
 et me lustrauit taedis, et nocte serena  
 concidit ad magicos hostia pulla deos.  
 non ego totus abesset amor, sed mutuus esset,  
 orabam, nec te posse carere uolui.  
 ferreus ille fuit qui, te cum posset habere,  
 maluerit praedas stultus et arma sequi.  
 ille licet Cilicum uictas agat ante cateruas,  
 ponat et in capto Martia castra solo,  
 totus et argento contextus, totus et auro,  
 insideat celeri conspiciendus equo;  
 ipse boues mea si tecum modo Delia possim  
 iungere et in solito pascere monte pecus,  
 et te dum liceat teneris retinere lacertis,  
 mollis et inculta sit mihi somnus humo.  
 quid Tyrio recubare toro sine amore secundo  
 prodest cum fletu nox uigilanda uenit?  
 nam neque tunc plumae nec stragula picta soporem  
 nec sonitus placidae ducere possent aquae.  
 num Veneris magnae uiolauit numina uerbo,  
 et mea nunc poenas impia lingua luit?  
 num feror incestus sedes adisse deorum  
 sertaque de sanctis deripuisse focus?  
 non ego, si merui, dubitem procumbere templis  
 et dare sacratis oscula liminibus,  
 non ego tellurem genibus perrepere supplex  
 et miserum sancto tundere poste caput.  
 at tu, qui lactus rides mala nostra, caueo  
 mox tibi: non uni saeuire usque deus.  
 uidi ego qui iuuenum miseros lusisset amores  
 post Veneris uinctis subdere colla senem  
 et sibi blanditias tremula componere uoce  
 et manibus canas fingere uelle comas:  
 stare nec ante fores puduit carcae puellae  
 ancillam medio detinuisse foro.  
 hunc puer, hunc iuuenis turba circumterit arta,  
 desputat in molles et sibi quisque sinus.  
 at mihi parce, Venus: semper tibi dedita seruit  
 mens mea: quid messes uris acerba tuas?



V.

quod superest arvi, tamen id natura sua vi  
sentibus obducat, ni vis humana resistat  
vitai causa valido consueta bidenti  
ingemere et terram pressis proscindere aratris.  
si non fecundas vertentes vomere glebas  
terraique solum subigentes cimus ad ortus,  
sponte sua nequeant liquidas existere in auras;  
et tamen interdum magno quaesita labore  
cum iam per terras frondent atque omnia florent,  
aut nimiis torret fervoribus aetherius sol  
aut subiti perimunt imbres gelidaeque pruinae,  
flabraque ventorum violento turbine vexant.  
praeterea genus horrifera natura ferarum  
humanae genti infestum terraque marique  
cur alit atque auget? cur anni tempora morbos  
apportant? quare mors immatura vagatur?  
tum porro puer, ut saevis proiectus ab undis  
navita, nudus humi iacet, infans, indigus omni  
vitali auxilio, cum primum in luminis oras  
nixibus ex alvo matris natura profudit,  
vagituque locum lugubri complet, ut aequumst  
cui tantum in vita restet transire malorum.  
at variae crescunt pecudes armenta feraeque  
nec crepitacillis opus est nec cuiquam adhibendast  
almae nutricis blanda atque infracta loquela  
nec varias quaerunt vestis pro tempore caeli,  
denique non armis opus est, non moenibus altis,  
qui sua tutentur, quando omnibus omnia large  
tellus ipsa parit naturaque daedala rerum.

210

215

220

225

230

495

VI.

500

505

510

515

520

525

Et magis est animus vitai claustra coercens  
et dominantior ad vitam quam vis animai. III.  
nam sine mente animoque nequit residere per artus  
temporis exiguam partem pars ulla animai,  
sed comes insequitur facile et discedit in auras  
et gelidos artus in leti frigore linquit.  
at manet in vita cui mens animusque remansit.  
quamvis est circum caesis lacer undique membris  
truncus, adempta anima circum membrisque remota  
vivit et aetherias vitalis suscipit auras.  
si non omnimodis, at magna parte animai  
privatus, tamen in vita cunctatur et haeret;  
ut, lacerato oculo circum si pupula mansit  
incolumis, stat cernundi vivata potestas,  
dummodo ne totum corrumpas luminis orbem  
et circum caedas aciem solamque relinquis;  
id quoque enim sine pernicie non fiet eorum.  
at si tantula pars oculi media illa peresa est,  
occidit extemplo lumen tenebraeque sequuntur,  
incolumis quamvis alioquist splendidus orbis.  
hoc anima atque animus vincti sunt foedere semper.

Nunc age, nativos animantibus et mortalibus  
esse animos animasque levis ut noscere possis,  
conquisita diu dulci que reperta labore  
digna tua pergam disponere carmina vita.

tu fac utrumque uno sub iungas nomine eorum,  
atque animam verbi causa cum dicere pergam,  
mortalem esse docens, animum quoque dicere credas,  
quatenus est unum inter se coniunctaque res est.  
principio quoniam tenuem constare minutis  
corporibus docui multoque minoribus esse  
principiis factam quam liquidus umor aquai  
aut nebula aut fumus—nam longe mobilitate  
praestat et a tenui causa magis icta movetur;  
quippe ubi imaginibus fumi nebulaeque movetur.  
quod genus in somnis sopiti ubi cernimus alte  
exhalare vaporem altaria ferreque fumum;  
nam procul haec dubio nobis simulacra geruntur—  
nunc igitur quoniam quassatis undique vasis  
diffuere umorem et laticem discedere cernis  
et nebula ac fumus quoniam discedit in auras,  
crede animam quoque diffundi multoque perire  
ocius et citius dissolvi (in) corpora prima,  
cum semel ex hominis membris ablata recessit.  
quippe etenim corpus, quod vas quasi constitit eius,  
cum cohibere nequit conquassatum ex aliqua re  
ac rarefactum detracto sanguine venis,  
aere qui credas posse hanc cohiberier ullo,  
corpore qui nostro rarus magis tincohibescit?

## VIII

## EX PONTO I

A TIBI dilecto missam Nasone salutem  
accipe, pars animae magna, Severe, meae.  
neve roga quid agam. si persequar omnia, flebis;  
summa satis nostri si tibi nota mali.  
vivimus assiduis expertes pacis in armis,  
dura pharetrato bella movente Geta.  
deque tot expulsis sum miles in exule solus:  
tuta, neque invideo, cetera turba latet.  
quoque magis nostros venia dignere libellos,  
haec in procinctu carmina facta leges.  
stat vetus urbs, ripae vicina binominis Histri,  
moenibus et positu vix adeunda loci.  
Caspios Aegisos, de se si credimus ipsis,  
condidit, et proprio nomine dixit opus.  
hanc ferus, Odrysiis inopino Marte peremptis,  
cepit et in regem sustulit arma Getes.  
ille memor magni generis, virtute quod auget,  
protinus innumero milite cinctus adest.  
nec prius abscessit, merita quam caede nocentum  
at tibi, rex aevo, detur, fortissime nostro,  
semper honorata sceptrum tenere manu.  
teque, quod et praestat (quid enim tibi plenius optem?)  
Martia cum magno Caesare Roma probet.  
sed memor unde abii, queror, o iucunde sodalis,  
accedunt nostris saeva quod arma malis.

VIII 4 si A: sit *est. codic.* 13 aegisos AB: etpiosos C:  
egisus, egissus ω: egipsus O 20 om. A: audaces animos contuderit  
(contuderat Riese) populi BC: se nimis ulciscens extitit ipse nocens ω,  
utrumque supplementum expulit Merkel, Ovidio abiudicavit Elwald,  
Kr. B. p. 11, 17 23 praestat sc. Roma cum Caesare probationem:  
praesto est frustra comicit Merkel 26 accedunt BO5: accedant  
ACE5

ut careo vobis, Stygias detrusus in oras,  
quattuor autumnos Pleias orta facit.  
nec tu credideris urbanae commoda vitae  
quaerere Nasonem, quaerit et illa tamen.  
nam modo vos animo dulces reminiscor amici,  
nunc mihi cum cara coniuge nata subit:  
aque domo rursus pulchrae loca vertor ad urbis,  
cunctaque mens oculis pervidet usa suis.  
nunc fora, nunc aedes, nunc marmore tecta theatra,  
nunc subit aequata porticus omnis humo.  
gramina nunc Campi pulchros spectantis in hortos,  
stagnaue et euripi Virgineusque liquor.  
at, puto, sic urbis misero est erepta voluptas,  
quolibet ut saltem rure frui liceat?  
non meus amissos animus desiderat agros,  
ruraque Paeligno conspicienda solo,  
nec quos piniferis positos in collibus hortos  
spectat Flaminiae Clodia iuncta viae.  
quos ego nesciocui colui, quibus ipse solebam  
ad sata fontanas, nec pudet, addere aquas:  
sunt ubi, si vivunt, nostra quoque consita quaedam,  
sed non et nostra poma legenda manu.  
pro quibus amissis utinam contingere possit  
hic saltem profugo glaeba colenda mihi!  
ipse ego pendentis, liceat modo, rupe capellas,  
ipse velim baculo pascere nixus oves;  
ipse ego, ne solitis insistant pectora curis,  
ducam ruricolae sub iuga curva boves;  
et discam Getici quae norunt verba iuvenci,  
adsuetas illis adiciamque minas.  
ipse manu capulum pressi moderatus aratri  
experiar mota spargere semen humo.

27 Stygias aH5; cf. iv. 9. 74, Trist. iv. 5. 22: scythicas EO5  
34 praecidit EO5 illa BCEω 47 ibi CEHO5 57 prensi a5

5 nec dubitem longis purgare ligonibus herbas,  
et dare iam sitiens quas bibat hortus aquas.  
unde sed hoc nobis, minimum quos inter et hostem  
discrimen murus clausaque porta facit?  
at tibi nascenti, quod toto pectore laetor,  
10 nerunt fatales fortia fila deae.  
te modo Campus habet, densa modo porticus umbra,  
nunc, in quo ponis tempora rara, forum:  
Vmbria nunc revocat, nec non Albana petentem  
Appia ferventi ducit in arva rota.  
15 forsitan hic optes, ut iustam supprimat iram  
Caesar, et hospitium sit tua villa meum.  
a! nimium est, quod, amice, petis: moderatius opta,  
et voti quaeso contrahe vela tui.  
terra velim propior nullique obnoxia bello  
20 detur: erit nostris pars bona dempta malis.

## TRISTIA III.

## I

‘Missus in hanc venio timide liber exulis urbem:  
da placidam fesso, lector amice, manum;  
neve reformida, ne sim tibi forte pudori:  
nullus in hac charta versus amare docet.  
haec domini fortuna mei est, ut debeat illam  
infelix nullis dissimulare iocis.  
id quoque, quod viridi quondam male lusit in aevo,  
heu nimium sero damnat et odit opus.  
inspice quid portem: nihil hic nisi triste videbis,  
carmine temporibus conveniente suis.  
clauda quod alterno subsidunt carmina versu,  
vel pedis hoc ratio, vel via longa facit;  
quod neque sum cedro flavus nec pumice levis,  
erubui domino cultior esse meo;  
littera suffusas quod habet maculosa lituras,  
laesit opus lacrimis ipse poeta suum.  
siqua videbuntur casu non dicta Latine,  
in qua scribebat, barbara terra fuit.  
dicite, lectores, si non grave, qua sit eundem,  
‘quasque petam sedes hospes in urbe liber.’  
haec ubi sum furtim lingua titubante locutus,  
qui mihi monstraret, vix fuit unus, iter.  
‘di tibi dent, nostro quod non tribuere poetae,  
molliter in patria vivere posse tua.  
duc age, namque sequar, quamvis terraque marique  
longinquo referam lassus ab orbe pedem.’

*Poet has a Daughter born to him*

**V**ERNA redit temperies  
prata depingens floribus,  
telluris superficies  
nostris arridet moribus,  
quibus amor est requies,  
cybus esurientibus.

Duo quasi contraria  
miscent vires effectuum:  
augendo seminaria  
reddit natura mutuum,  
ex discordi concordia  
prodit fetura fetuum.

Letentur ergo ceteri,  
quibus Cupido faverit,  
sed cum de plaga veteri  
male michi contigerit,  
vita solius miseri  
amore quassa deperit.

Ille nefastus merito  
dies vocari debuit,  
qui sub nature debito  
natam michi constituit,  
dies, qui me tam subito  
relativum instituit.

Cresce tamen, puellula,  
patris futura baculus;  
in senectute querula,  
dum caligabit oculus,  
mente ministrans sedula  
plus proderis quam masculus.

*The Lover in Winter*

**I**MPORTUNA Veneri  
redit brume glacies,  
redit equo celeri  
Iovis intemperies:  
cicatrice veteri  
squalet mea facies:  
amor est in pectore,  
nullo frigans frigore.

Iam cutis contrahitur,  
dum flammis exerceor;  
nox insomnis agitur  
et in die torqueor;  
si sic diu vivitur,  
graviora vereor:  
amor est in pectore,  
nullo frigans frigore.

Tu qui colla superum,  
Cupido, suppeditas,  
cur tuis me miserum  
facibus sollicitas?  
non te fugat asperum  
frigoris asperitas:  
amor est in pectore,  
nullo frigans frigore.

Elementa vicibus  
qualitates variant,  
dum nunc pigrant nivibus,  
nunc calorem sentiant;  
sed mea singultibus  
colla semper inhiant:  
amor est in pectore,  
nullo frigans frigore.

*Pericula Romanae Curiae*

**P**ROPTER Sion non tacebo,  
set ruinas Rome flebo,  
quousque iustitia  
rursus nobis oriatur  
et ut lampas accendatur  
iustus in ecclesia.

Sedet vilis et in luto  
princeps, facta sub tributo;  
quod solebam dicere,  
Romam esse derelictam,  
desolatam et afflictam,  
expertus sum opere.

Vidi, vidi caput mundi,  
instar maris et profundi  
vorax guttur Siculi;  
ibi mundi bitalassus,  
ibi sorbet aurum Crassus  
et argentum seculi.

Ibi latrat Scilla rapax  
et Caribdis auri capax  
potius quam navium;  
fit concursus galearum  
et conflictus piratarum,  
id est cardinalium.

Sirtes insunt huic profundo  
et Sirenes toti mundo  
minantes naufragium;  
os humanum foris patet,  
in occulto cordis latet  
informe demonium.

Habes iuxta rationem  
bitalassum per Franconem,  
quod ne credas frivolum:  
ibi duplex mare fervet,  
a quo non est qui reservet  
sibi valens obolum.

Ibi venti colliduntur,  
ibi panni submerguntur,  
bissus, ostrum, purpure;  
ibi mundus sepelitur,  
immo totus deglutitur  
in Franconis gutture.

Franco nulli miseretur,  
nullum sexum reveretur,  
nulli parcit sanguini;  
omnes illi dona ferunt,  
illuc enim ascenderunt  
tribus, tribus Domini.

Canes Scille possunt dici  
veritatis inimici,

qui latrando falsa fingunt,  
mergunt simul et confringunt  
carinam pecunie.

Iste probat se legistam,  
ille vero decretistam  
inducens Gelasium;  
ad probandum questionem  
hic intendit actionem  
regundorum finium.

Nunc rem sermo prosequatur:  
hic Caribdis debachatur,  
id est cancellaria;  
ibi nemo gratus gratis  
neque datur absque datis  
Gratiani gratia.

Plumbum, quod hic informatur,  
super aurum dominatur  
et massam argenteam;  
equitatis fantasia  
sedet teste Zacharia  
super bullam plumbeam.

Qui sunt Sirtes vel Sirenes?  
qui sermone blando lenes  
attrahunt bizantium;  
spem pretendunt lenitatis,  
set procella parcitatis  
supinant marsupium.

Dulci cantu blandiuntur  
ut Sirenes et loquuntur  
primo quedam dulcia:  
'frare, ben je te cognosco,  
certe nichil a te posco,  
nam tu es de Francia.

Terra vestra bene cepit  
et benigne nos recepit  
in portu concilii.  
nostri estis, nostri—cuius?  
sacrosancte sedis huius  
speciales filii.

Nos peccata relaxamus  
et laxatos collocamus  
sedibus ethereis.  
nos habemus Petri leges  
ad ligandos omnes reges  
in manicis ferreis.'

Ita dicunt cardinales,  
ita solent dii carnales  
in primis allicere.  
sic instillant fel draconis,  
et in fine lectionis  
cogunt bursam vomere.

Cardinales, ut predixi,  
novo iure crucifixi  
vendunt patrimonium;  
Petrus foris, intus Nero,  
intus lupi, foris vero  
sicut agni ovium.

Tales regunt Petri navem,  
tales habent eius clavem,  
ligandi potentiam;

hi nos docent, set indocti,  
hi nos docent et nox nocti  
indicat scientiam.

*His Song of Repentance*

**H**ACTENUS inmerito  
militavi creaturae,  
cum ex evi debito  
lusi satis immature;  
sed nunc, quia cogito  
legem carnis moriturae,  
creatori milito,  
renovatus novo iure,  
Iuventutis levia  
redimo per seria.

Quinta pars relinquitur  
intervalli iubilei,  
necdum quicquam oritur  
quod inclinet aurem Dei;

nil egi, nil agitur  
quod relaxet vincla rei:  
defecerunt igitur  
sicut fumus dies mei.

Iuventutis levia  
redimo per seria.

Vanitates varias  
vito vitae praecedentis,  
fugiens delicias;  
fugit par iuventa ventis.  
cum carnis blandicias  
ut sentinam mundi sentis,  
clipeum obicias  
contra blandimenta mentis.

Iuventutis levia  
redimo per seria.

Clipeus est ratio,  
qua, patienter et expresse  
probans, palam facio  
bona mundi nichil esse  
in tam brevi spacio;  
cum nos mori sit necesse,  
nulla prodest satio,  
nisi Christus sit in messe.

Iuventutis levia  
redimo per seria.

Ad radicem arboris  
imminente iam securi,

non sunt sani pectoris  
qui de pena sunt securi:  
post decursum temporis,  
restant ignes quibus uri  
constat fenum corporis,  
cuius actus sunt impuri.

Iuventutis levia  
redimo per seria.